3 1761 08824237 5

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

SALLVSTIVS
IN CICERONEM

EDIDIT

A. KVRFESS

1767

LIPSIAE
IN AEDIBVS B.G. TEVBNERI

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI

Printed in Germany

EDUARDO NORDEN

S.

In textu invectivarum, quae tamquam Sallustii et Ciceronis traditae sunt, constituendo his libris manu scriptis usus sum:[1])

A, codex Guelferbytanus Gudianus 335 saec. X, quem meum in usum vir humanissimus Gerhardus Kohnert Berolinensis contulit.

H, codex Harleianus 2716 in 4^0, saec. IX vel X (fol. 23^v-29^r).

H^a(=H^1 Jordani[2])) codex Harleianus 2682 saec. XI in folio, qui invectivas continet inde a fol. 113^r-114^v.[3])

H^b(=H^2 Jordani), codex Harleianus 3859 saec. XII, cuius lectiones haud ita magni momenti reliquis libris Harleianis (2716 et 2682) inter se comparatis ex Jordani apparatu critico satis perspicuae sunt; in lectionibus dubiis siglum H^b uncis ( ) seclusi.

B, codex Monacensis[4]) 4611 sive Benedictoburanus 111, membranaceus 4^0, saec. XII. invectivae (fol. 192^v-198^v) pulchris litteris minusculis scriptae sunt. e pro ae

---

1) De codicibus planius disserui in dissertatione mea, quae inscribitur 'De Sallustii in Ciceronem et invicem invectivis' (Berolini 1913).

2) C. Sallustii Crispi Catilina Jugurtha, historiarum reliquiae codicibus servatae. accedunt rhetorum opuscula Sallustiana. Henricus Jordan tertium recognovit. Berolini 1887 (p. 153 sq).

3) Codices Harleianos **H** et H^a per photographum Donaldum Macbeth (London E. C. 66 Sudgate Hill) depingendos mihi liberalissime curaverunt Musei Britannici praefecti.

4) Codices Monacenses ipse Monachii contuli praeter codicem 15734, quem Berolinum transmittendum liberaliter curaverunt bibliothecae regiae praepositi.

scribi solet; litterae c et t, o et u confunduntur. menda librarii et voces omissae haud raro inveniuntur. sed perpaucis locis textus correctus est et litterae omissae superscriptae sunt. nonnullae membranae perforatae et corruptae sunt, sed iam vulneratae erant, priusquam superscriberentur, ut contextus nullo modo interrumpatur.

T, codex Monacensis 19472 sive Tegernseensis 1472, membranaceus 8^0, saec. XIII, continet invectivas inde a fol. 1^v—10^v; Ciceronis in Sallustium invectivae, quae antecedit, in margine et interdum intra lineas glossae adpositae sunt. in hoc quoque codice litterae c et t confunduntur. litterae perverse scriptae haud raro rasura deletae, non correctae sunt; sed plerumque satis sunt perspicuae.

M, codex Monacensis 19474 sive Tegernseensis 1474, membr. 8^0, saec. XII/XIII (fol. 1^r—7^v). nonnullae glossae supra lineas et perpaucae margini adscriptae sunt. e et ae, c et t saepe confunduntur. menda nonnumquam rasura corriguntur; interdum lectiones recentiore manu superscriptae sunt.

E, codex Monacensis 14714 (ex bibliotheca monasterii ordinis S. Benedicti ad S. Emmeramum Ratisbonensis), membr. misc. 4^0, saec. XII, exhibet invectivas inde a fol. 4^r—8^v.

V, codex Vaticanus[1]) 1747, membr. 8^0, saec. XIII, minusculis quae vocantur Langobardorum[2]) litteris multisque compendiis scriptus. invectivae extant fol. 15^r—18^r; fol. 16^v est palimpsestus olim adverso ordine scriptus, ita ut in marginibus pulchrae litterae maiusculae legantur, quas ut omnes enuclearem nondum mihi contigit. in hoc codice litterae e et ae non distinguuntur, c et t persaepe confunduntur, 'nichil' pro 'nihil', 'michi', 'adque' pro 'atque' scribitur. in margine vel supra lineas non solum multae cor-

1) Codices Vaticanos mihi investigavit Videbandtius, qui vir doctissimus exeunte anno 1911 Romae versabatur, eosque per photographum Pompeum Sansaini (Romae, via Corsi n. 45) depingi iussit vir doctissimus W. Jaeger Berolinensis.

2) Ceteri codices litteris Carolingorum, quae vocantur, scripti sunt.

recturae, sed etiam alterius libri (v, recentioris, ut videtur) lectiones extant.[1])

P, codex Admontensis 383 saec. XII, quem M. Petschenig contulit.[2]) invectivae extant inde a fol. 29^{v} med. ad fol. 31^{r}, sed decurtatae sunt. nam post fol. 29 una charta periit. prior invectiva explicit II, 3 'cum legis Plautiae', altera incipit II, 6 '[simi]les incolumes in urbem venissent'. in hoc codice 'aput' pro 'apud' scribi solet.

Codices omnes ex eodem archetypo descriptos esse ex communibus mendis et interpolationibus satis apparet:

in Cic. II, 3 (p. 4, 5): alios pecunia condemnabas,
„ „ III, 5 (p. 5, 4): removetur aliud (et id V) vero,
in Sall. I, 3 (p. 10, 17): aliam *pro* illam,
„ „ II, 4 (p. 11, 7): fuerint,
„ „ V, 15 (p. 17, 3) despectus,
„ „ VI, 17 (p. 18, 5): et idem (eidem **V**),
„ „ VII, 19 (p. 19, 13): relinire *vel* relinere (reluere **V**),
in Cic. I, 1 (p. 2, 6): reperticius accitus,
in Sall. V, 14 (p. 16, 11): venalem habuit vendidit.

Sed libri ex duabus familiis originem duxerunt. alterius familiae (α) sunt **AH^{a}BT**, alterius (β) **HH^{b}EMPV**. nam utraque familia vocabula omittit:

in Cic. I, 1 (p. 2, 3): et sceleratissimo *om.* α,
in Sall. II, 4 (p. 11, 12): viris *add.* β (*praeter* **MV**),
„ „ II, 5 (p. 11, 20): ego sim posteris β, ego *om.* α,
„ „ II, 6 (p. 12, 9): tuenda *om.* α,
„ „ II, 7 (p. 12, 15): armatos *om.* α,
„ „ V, 13 (p. 16, 1): hac enim domonstrata β, (*praeter* **H^{b}**, *qui peculiarem praebet lectionem*), enim *om.* α,
„ „ V, 14 (p. 16, 10): turpissime venalem habuit β, turpissime *om.* α,

---

1) Has varias lectiones, quae a correcturis signo *al'* discernuntur et quas in apparatu critico omittam, in dissertatione mea (p. 16) attuli.

2) Zeitschrift für die österreichischen Gymnasien XXXIV [1883] p. 5

in Sall. V, 15 (p. 17, 3): secutus est *add.* β (*praeter* **V**),
„ „ VI, 16 (p. 18, 1): umquam (usquam $\mathbf{H}^{b}$, numquam **E**), te vidimus (v. te **V**) β, umquam *om.* α.

utraque familia lectiones peculiares habet:

in Cic. I, 1 (p. 2, 5): audacia α, iudicia β,
„ „ II, 3 (p. 3, 5): res sit (p. *add.* **B**) α, sit r. p. (res p. **H**) β;
„ „ III, 4 (p. 5, 2): illius α **V**, eius β (*praeter* **V**),
„ „ III, 6 (p. 6, 10): oblivisci iis α, his (piis $\mathbf{H}^{b}$) β;
in Sall. II, 6 (p. 12, 8): duxit α **E**, dixit β (*praeter* **E**),
„ „ VI, 16 (p. 17, 14): auditu (-tum $\mathbf{H}^{a}$) α, aut dictum β.

utraque familia proprium verborum ordinem tradit:

in Cic. II, 3 (p. 3, 7): cicero se α, se cicero β,
„ „ „ (p. 3, 7): cum haec α $\mathbf{H}^{b}$, haec cum β *praeter* $\mathbf{H}^{b}$,
„ „ II, 4 (p. 4, 14): cui dubium potest esse α, cui potest dubium esse β.

sed neutra familia carere possumus, cum modo haec modo illa genuinam lectionem servaverit. itaque Jordanus mihi videtur erravisse, quod semper fere alteram familiam (α) secutus est et huius familiae lectiones in textum recepit. contra equidem censeo utriusque familiae lectiones inter se comparandas et examinandas esse.

Optimi codices familiae α sunt **A** $\mathbf{H}^{a}$. qui quamquam artius inter se cohaerent:

in Cic. I, 1 (p. 2, 5): *in ordine* pro *in hoc ordine*,
„ „ II, 4 (p. 4, 13): *exaedificaveris* pro *aedificaveris*,
in Sall. II, 5 (p. 11, 14): *proluxi* pro *praeluxi*,
„ „ II, 6 (p. 12, 10): *perscriptionem* pro *praescriptionem*,

tamen fieri non potest, ut $\mathbf{H}^{a}$ ex vetustiore codice **A** manaverit. nam **A** multa, quae genuina sunt, omisit:

in Sall. V, 14 (p. 16, 13): *neque pudet — paterna domo*,
„ „ VI, 17 (p. 18, 3): *confluxerat — quam res publica*,
„ „ IV, 11 (p. 14, 15): *neque — aestimavi*,

quae omnia in codice $\mathbf{H}^{a}$ extant. porro **A** nonnullis locis interpolatum textum praebet:

in Sall. III, 8 (p. 13, 10): homo levissimus,
„ „ III, 10 (p. 14, 5): ego fugax quidem,
„ „ V, 14 (p. 16, 8): difficile,
„ „ VIII, 22 (p. 20, 20): malle (*pro* velle).

ex ipso codice **A** originem non duxerunt **BT**, quia nonnullis locis, ubi in **A** verba mutata sunt, genuinum textum servaverunt: cf. praeter locos, quos iam attuli:

in Cic. II, 3 (p. 4, 7): is calumniae proximus erat **A**, is erat c. p. *ceteri*,
„ „ III, 5 (p. 6, 2): te fortunatam consule **A**, te consule f. *ceteri*,
„ „ „ (p. 5, 8): corporis pars **A**, pars corporis *ceteri*;
in Sall. IV, 11 (p. 14, 18): abduxi **A**, addixi *cet.*

sed compluribus locis easdem correcturas atque **A** exhibent:

in Sall. I, 2 (p. 10, 8): debebitis,
„ „ VI, 16 (p. 17, 14): auditu.

et eadem verba omittunt vel addunt:

in Cic. IV, 7 (p. 7, 11): quem amicum et quem inimicum,
in Sall. III, 9 (p. 13, 13): invasisti *om.* **ABT**.

manifestum igitur est codices **ABT** ex communi exemplari eoque depravato manavisse.

quamquam **B** et **T** plerisque locis inter se consentiunt — exempli causa affero:

in Cic. IV, 7 (p. 8, 7): maledictis **B**, maledic+is[1]) **T**;
in Sall. IV, 12 (p. 15, 9): cuius **B**, ci+uis (i *eras. ut perspicitur*) **T**,
„ „ V, 14 (p. 17, 2): peierasse] pererasse **B**, r[1] *eras.* **T**,
„ „ VI, 17 (p. 18, 10): vetuit **B**, vetavit **T**,
„ „ VII, 19 (p. 19, 5): possi sunt neque expectaverunt **BT**,

tamen fieri non potest, quin **T** ex vetustiore **B** descriptus sit. nam **T** nonnullis locis genuinas scripturas praebet, ubi **B** corruptus est:

cf. in Sall. VI, 18 (p. 18, 12): vitae similitudine,
„ „ „ (p. 18, 13): ex illorum grege,

---

1) + = rasura unius litterae.

in Sall. VII, 19 (p. 19, 5): provinciam] pronuntiam,
„ „ „ (p. 19, 9): traici] trahi.

eo accedit, quod in Sall. VI, 17 (p. 18, 5) **T** tradit ‘victore+’ (*s* eras., ut videtur), quod ex lectione codicis **B** ‘auctorem’ ortum esse vix quisquam crediderit, et verba ‘maxime odisti ei’ in Cic. IV, 7 (p. 8, 5), quae in **T** extant, in codice **B** omittuntur.

Alterius familiae (*β*) optimus et vetustissimus codex est **H**, quocum **MP** artiore cognationis vinculo coniuncti sunt:

in Cic. I, 1 (p. 1, 6): ista petulantia **HMP**,
„ „ II, 2 (p. 3, 3): ipsam] istam **HP**,
„ „ „ (p. 3, 5): conversa sit res p. **HP**,
„ „ II, 4 (p. 4, 13): cui dubium] qui **H**, qui *s. s.* cui **M**,
„ „ IV, 7 (p. 8, 2): ante *om.* **HM**;
in Sall. II, 4 (p. 11, 6): numquid hi **H**, hii **M** (*sic etiam* **V**, hos *ceteri*),
„ „ II, 6 (p. 12, 11): in urbem venissent **HP**,
„ „ III, 7 (p. 13, 1): vel] ullum **HMP**,
„ „ „ (p. 13, 4): querar *s. s.* † loquar **HP**,
„ „ III, 8 (p. 13, 4): turpe] te **HP**,
„ „ V, 13 (p. 15, 15): nunc ut ad te revertar **HMP**,
„ „ „ (p. 15, 15): patrem **HP**, patremque *ceteri*,
„ „ VI, 16 (p. 17, 20): eludere **HP**,
„ „ VI, 17 (p. 18, 5): quos (*pro* qui) exules reduxit **HMP**,
„ „ „ (p. 18, 10): vexavit] vixit **HMP**,
„ „ VIII, 21 (p. 20, 8): tantum — quantum **HP**, tantundem — quantum **M**, totidem — quod *vel* quot *ceteri*;
„ „ VIII, 21 (p. 20, 12): veritatem *pro* verum **HMP**.

sed tribus locis codex **M** a partibus familiae *α* stat:

in Cic. I, 2 (p. 2, 8): facta tua ac dicta *α* **M**,
in Sall. II, 4 (p. 11, 12): ab illis viris *β praeter* **M v** *qui* viris *cum α om*,
„ „ II, 7 (p. 12, 15): armatos *om. α* **M**.

Codex **E** saepius cum altera familia consentit et quasi in utriusque confinio positus est:

in Sall. II, 6 (p. 12, 8): duxit **α E**, dixit *cet.*,
„ „ „ (p. 12, 9): tuenda *om* **α**, **E**.
„ „ IV, 12 (p. 15, 13): quos ego **β** (*praeter* **E**), ego *om.* **α E**,
„ „ V, 14 (p. 16, 16): at hercules **α E**, hercule *cet.*

scribam codicis **E** etiam librum familiae **α** inspexisse arbitror, nisi forte iam exemplar, quod descripsit, mixtum erat. porro hic codex nonnullas correcturas cuiusdam viri docti mihi videtur praebere:

in Cic. III, 5 (p. 6, 5): crudelitate tua cogebas,
„ „ III, 6 (p. 6, 10): oblivisci iis] iis *om. vel potius del. v. d.*,
„ „ IV, 7 (p. 7, 7): in concilium . . . admisit,
„ „ „ (p. 7, 13): ancillaris;
in Sall. VIII, 21 (p. 20, 11): parat (*sic etiam* **P**, paratus *cet.*).

Etiam codex **V**, ut plerisque locis cum familia **β** consentit, ita interdum familiae **α** partes sequitur:

in Cic. III, 4 (p. 5, 2): illius,
in Sall. II, 4 (p. 11, 2): illis (*om.* viris),
„ „ V, 15 (p. 17, 3): secutus est,
„ „ VI, 16 (p. 18, 2): vidimus te **V**, unquam *in mg.* $\mathbf{V}^2$.

ceterum hic liber interpolationibus et propriis lectionibus abundat:

cf. in Cic. II, 3 (p. 3, 5): servata *pro* conversa,
„ „ „ (p. 3, 8): immissum *pro* inde missum,
„ „ „ (p. 3, 11): non idcirco *pro* et idcirco,
„ „ „ (p. 4, 4): Planciae *pro* Plautiae,
„ „ „ (p. 4, 5): condonabas *pro* condemnabas,
„ „ II, 4 (p. 4, 14): ex sanguine miserorum civi- umparasses,
„ „ III, 5 (p. 5, 5): et id vero (aliud vero *cet.*),
„ „ „ (p. 5, 11): huius modi,
„ „ IV, 7 (p. 8, 3): sestio sergio;
in Sall. I, 1 (p. 9, 7): oratio (ratio *cet.*),
„ „ VI, 17 (p. 18, 5): eidem huic,
„ „ VIII, 21 (p. 20, 13): mensurarum asseda.

Codicem $\mathbf{H}^b$ denique interpolationis peculiaris et audacioris exemplum praebere et permultis locis omittendo vel mutando vel addendo textum corruptum esse iam Henricus Jordan cognovit. itaque hic liber summa cautione adhibendus est.

Etiam hoc tenendum est codices **E M V** $\mathbf{H}^b$ nonnullis locis cum libris recentioribus[1]) (*ω*) et editione Aldina (*Ald.*) congruere et quasi traducere ad recentiores codices:

in Cic. I, 1 (p. 1, 11): perfidiae locum *ω Ald.* **V** (locum *del.* $\mathbf{V}^2$), perfidiae *om.* **M**, *sed add.* locum,
„ „ II, 2 (p. 2, 14): attollit *ω Ald.* $\mathbf{V}^2$:
„ „ III, 6 (p. 6, 11): perfeceris *ω* $\mathbf{H}^b$ **M V**,
in Sall. I, 1 (p. 9, 7): oratio *ω Ald.* **V**,
„ „ I, 2 (p. 10, 3): mentitus esse videar *ω* **V** $\mathbf{H}^b$
„ „ I, 3 (p. 10, 12): nisi ut lutulentus sus *ω Ald.* **E M**,
„ „ V, 15 (p. 17, 3): despectum *Ald.*, despectus *s. s.* tum **E**,
„ „ VIII, 21 (p. 20, 11): paratus est. is *ω Ald.*, paratus est **V**, paratus *cet.*

Maxima igitur fides habenda est libris vetustioribus **H A** $\mathbf{H}^a$. sed interdum alius quoque liber solus genuinam lectionem (ex coniectura?) praebet veluti:

B in Sall. VI, 16 (p. 18, 1): dilectum,
T „ Cic. II, 2 (p. 3, 1): delibuta,
E „ „ IV, 7 (p. 7, 12): ancillaris,
V „ Sall. I, 1 (p. 9, 7): oratio,
„ „ „ II, 6 (12, 9): in tuenda r. p.,
„ „ „ VII, 19 (p. 19, 13): reluere,
„ „ „ VII, 20 (p 20, 1): comesso.

---

1) Libri recentiores sunt permulti; magno ex numero hos contuli:

cod. Mon. 15734 sive Salisburgensem aulicum 34, membr. in folio;
cod. Vat. 1715, membr. 4°;
cod. Vat. 1745, membr. in folio;
cod. Vat. 2936, membr. 4°.

In libris recentioribus magis magisque textus interpolatur et corrigitur.

In apparatu critico ut vetustiores codices (inde a saec. IX ad saec. XIII) omnes respexi, ita recentiorum lectiones selectas afferre satis habui. sed errores, qui ad orthographiam pertinent, aliasque nugas meo iure me omittere posse putavi. testimonia prioris invectivae et locos, quos auctor imitatus est, seorsum exhibui, sed in posteriore, cuius testimonia non extant et cuius auctor priorem multis locis imitatur et non solum verba et locutiones, sed etiam totas sententias e priore transscripsit, omisi, quippe cum *παράλληλα* iam in priore attulerim.

Ad titulos invectivarum statuendos codicum praescriptiones et subscriptiones nihil valent, cum ex earum varietate non eluceat, quae in archetypo fuerit inscriptio, neque habeamus codicem tam bonum, ut eius auctoritatem secuti certi aliquid efficere possimus. Quintilianus denique, qui solus priorem invectivam bis affert (inst. IV, 1, 68 et IX, 3, 89), breviter affert 'Sallustius in Ciceronem', ut nos hodie quoque facere solemus, veluti 'Cicero in Pisonem.' sed in editionibus scribimus 'M. Tullii Ciceronis in L. Calpurnium Pisonem oratio'. itaque has invectivas inscripsi 'C. Sallustii Crispi in M. Tullium Cicerónem oratio' et 'M. Tullii Ciceronis in C. Sallustium Crispum oratio'.

De auctoribus invectivarum ac de temporibus, quibus videntur ortae esse, disputavi in Mnemosynes, bibliothecae philologicae Batavae, vol. XL [1912] p. 364 sq.

Eos locos, quibus a Jordani editionis tertiae textu discrepo, in dissertatione mea[1]) tractavi.

Enumerantur libri, editiones, dissertationes, disputatiunculae, quas respexi:

J. G. Baiter et C. Halm, *M. Tullii Ciceronis opera post Jo. C. Orellium iterum ediderunt.* Turici 1856. vol. II, 2, p. 1421.
— et C. L. Kayser, *M. Tullii Ciceronis opera ediderunt.* Lipsiae (Tauchnitz) 1869. vol. XI, p. 147.
S. Corradus, *Quaestura sive Egnatius.* Venetiis 1537.
G. Cortius, *Sallustii opera recensuit et notis illustravit.* Lipsiae 1724.

---

1) p. 29 sq. in 'commentariolo critico'.

A. Eussner, Jenaer Literatur-Zeitung 1876 (Nr. 48, 641) p. 750.
C. H. Frotscher, *Doctorum hominum commentaria in C. Sallustium Crispum post Sigeitum Havercampum denuo edidit* Lipsiae 1830.
K. Gurlitt, *Drei Suasorien in Briefform.* Philol. Suppl. 5 [1889], p. 597.
C. Halm. *vide* J. G. Baiter.
E. Hauler, *Wiener Eranos.* Wien 1909, p. 223 adn.
W. Heraeus, *Varia IX.* Mus. Rhen. 53 [1899], p. 310.
H. Jordan, *Die Invectiven des Sallust und Cicero.* Hermes XI [1876], p. 305.
—, *C. Sallustii Crispi Catilina, Iugurtha, historiarum reliquiae codicibus servatae. accedunt rhetorum opuscula Sallustiana.* iterum recognovit Berolini 1876 (p. 143), tertium Berolini 1887, (p. 153).
C. L. Kayser. *vide* J. G. Baiter.
A. Kurfess, *De invectivis, quae tamquam Sallustii et Ciceronis traditae sunt.* Mnemos. XL [1912], p. 364.
—, *Ad Ciceronis in Sallustium, quae fertur, invectivam.* Mnemos. XLI [1913], p. 23.
—, *Ad Sallustii in Ciceronem, quae fertur, invectivam.* ibid. p. 145.
—, *De Fufii Caleni in Ciceronem oratione.* ibid. p. 148.
—, *De Sallustii in Ciceronem et invicem invectivis.* Diss. Berol. 1913.
B. Maurenbrecher, Berl. philol. Wochenschr. 1899, p. 298.
May, Bursians Jahresb. CXXXIV [1907], p. 184.
C. F. W. Mueller, *M. Tullii Ciceronis scripta recognovit.* Lipsiae (Teubner) 1879. vol. IV, 3, p. 415.
G. Peiser, *De invectivis, quae Sallustii et Ciceronis nominibus feruntur.* Progr. Posen 1903.
H. Peter, *Die geschichtliche Literatur über die römische Kaiserzeit* I, (p. 169). Leipzig 1897.
M. Petschenig, *Handschriftliches zu Cicero und Pseudo-Sallustius.* Zeitschr. f. d. österr. Gymn. XXXIV [1883], p. 5.
P. Petzold, *De Ciceronis obtrectatoribus et laudatoribus Romanis.* Diss. Lips. 1911, p. 27.
R. Poehlmann, *Zur Geschichte der antiken Publizistik.* Abh. d. K. B. Ak. d. Wiss. (philos.-philol.-hist. Kl.), München 1904.
R. Reitzenstein, *Pseudo-Sallusts Invective gegen Cicero.* Hermes XXXIII [1898], p. 87.
M. Schanz, *Strittige Sallustiana.* Gesch. d. röm. Lit. I, 2^3 [1909], p. 181.
F. Schoell, *Zu Pseudo-Sallusts Invectiva.* Mus. Rhen. 57 [1902] p. 159.
E. Schwartz, Hermes XXXIII [1898], p. 101.

W. S. Teuffel, *Über Sallustius und Tacitus.* Tübinger Doktorenverzeichnis 1868, p. 13.
J. Vogel, *De Pseudosallustii in Tullium et invicem invectivis.* Acta seminarii philologici Erlangensis, edd. J. Mueller et Ed. Woelfflin, vol. I [1878], p. 325.
H. Wirz, Zeitschr f. d. Gymnasialw. XXXI [1877], p. 269.
—, *'Sallustius in Ciceronem', ein klassisches Stück Anticicero.* Festgaben zu Ehren M. Büdingers. Innsbruck 1898, p. 91.
R. Wirtz, *Beiträge zur catilinarischen Verschwörung.* Diss. Bonn. 1910.
Th. Zielinski, *Die Cicerokarikatur im Altertum.* Festschr. z. 25 jähr. Stiftungsfeste d. histor.-philol. Vereins d. Univ. München (= *Cicero im Wandel der Jahrhunderte*[2] [1908] p. 347).

Dabam Glogoviae, mense Septembri 1913.

Guil. Heraeo et Thomae Stangl viris doctissimis et illustrissimis gratias ago quam maximas, quod insigni liberalitate nonnullas lectiones mihi per litteras proposuerunt, itemque Leonardo Einschuetz Marpurgensi et Ernesto Weiß Suidnicensi collegis carissimis, qui mecum correcturas legerunt.

D. Gl. m. Jan. 1914

A. Kurfess.

CONSPECTUS SIGLORUM COMPENDIORUMQUE.

α
- **A** = cod. Guelferbytanus Gud. 335 s. X.
- **H**^{a} = cod. Harleianus 2682 s. XI.
- **B** = cod. Monacensis 4611 sive Benedictoboranus 111 s. XII.
- **T** = cod. Monacensis 19472 sive Tegernseensis 1472 s. XIII.

β
- **H** = cod. Harleianus 2716 s. IX vel X.
- **H**^{b} = cod. Harleianus 3859 s. XII.
- **E** = cod. Monacensis 14714 sive Emeramensis s. XII.
- **M** = cod. Monacensis 19474 sive Tegernseensis 1474 s. XII/XIII.
- **P** = cod. Admontensis 383 s. XII.
- **V** = cod. Vaticanus 1747 s. XIII.

v = lectiones recentioris libri in **V** margini adscriptae.

O = codices antiqui omnes.

ω = codices recentiores omnes vel nonnulli.

A^{2} **H**^{2} **V**^{2} etc. = secundae manus lectio codicum **A H V** etc., prima manus simplici siglo **A** vel **H** vel **V** (non **A**^{1} **H**^{1} **V**^{1}) adfertur.

(**H**^{b}) = codicis **H**^{b} lectiones dubiae vel silentio conclusae.

$+$ = rasura unius litterae.

Ald = ed. Aldina 1522
Bai = Joannes Ge. Baiter
Co = Cortius
Diss. = dissertatio mea (Berol. 1913)
Eu = A. Eussner
Hm = Halm
Jo = Jordan
Mb = Maurenbrecher
Mn = Mnemosyne, bibliotheca philologica Batava
Mr = C. F. W. Mueller
No = E. Norden
Or = Orelli
Pd = Petzold
Pr = Gerson Peiser
Rn = Reitzenstein
Schm = Franciscus Schmidt
St = Stangl
Vo = Fr. Vogel
Wi = Wirz
Zi = Zielinski.

[C. SALLUSTII CRISPI] IN M. TULLIUM CICERONEM ORATIO

Graviter et iniquo animo maledicta tua paterer, M. 1, 1
Tulli, si te scirem iudicio magis quam morbo animi petulantia ista uti. sed cum in te neque modum neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi, ut, si quam male dicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas.

Ubi querar, quos implorem, patres conscripti, diripi rem publicam atque audacissimo cuique esse praedae? apud populum Romanum? qui ita largitionibus corrup-

4 Quint. inst. orat. IV, 1, 68: Quid? non Sallustius derecto ad Ciceronem, in quem ipsum dicebat, usus est principio, et quidem protinus: 'graviter — paterer, M. Tulli?', sicut Cicero fecerat in Catilinam 'quousque tandem abutere?'

10 Cf. Flacc. 4: quem appellem? quem obtester? quem implorem? senatumne? . . . an equites Romanos . . . an populum Romanum? — Verr. V, 126; Mur. 88; de or. III 56, 214.

1 INCIPIT C. SALVSTY ĪVECTIVA Ī TVLLIV̄ CM. V. C. **H** Salustii in Ciceronem H^a Invectiva incipit crispi salustii in m̄ t. ciceronem H^b Salustius in Ciceronem **A** C. Salustii Crispi oratio invectiva in Ciceronem **B** Salustii in Ciceronem **T** Controversiae Salustii in Tullium **E** Incipiunt invectiva Salustii in Marcum Tullium Ciceronem **M** Invectiva Crispi Salustii in Marcum Tulium Ci. **V** *in* **P** *titulus erasus* 4 tua *s. s.* **H** paterer *om.* **E** 5 scirem *s. s.* ł ret **H** animi *ex* animus **H**, *ex* animo **T** 6 ista petulantia **H M P** ista p. ista (ista[1] *del.*) **V** ista *om.* H^b cum] quoniam *Hm* 8 coepisti **B T** ąccepisti H^a audiendo **ω**: dicendo **O** *defendit Pr* dictis *Mb* ammittas **T** 10 quos implorem *del. Woelfflin (cf. acta sem. Erl. I p. 336),* apud quos complorem *Wi* 11 atque *s. s.* **V** *om.* **E** praedae *coni. Eu Wi*: perfidiae (perfidi˜ne **P**) **O ω** (*om.* **M** *sed add.* locum), perfidiae locum **V** (locum *del.* V^2) **ω** *Ald* 12 apud *s. s.* H^a apud r. p. **T**

tus est, ut se ipse ac fortunas suas venales habeat. an apud vos, patres conscripti? quorum auctoritas turpissimo cuique et sceleratissimo ludibrio est. ubiubi M. Tullius, leges iudicia rem publicam defendit atque in hoc ordine ita moderatur, quasi unus reliquus e familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non reperticius [accitus] ac paulo ante insitus huic urbi civis?

2 An vero, M. Tulli, facta tua ac dicta obscura sunt? an non ita a pueritia vixisti, ut nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alicui collibuisset? at scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiae iactura perdidicisti? itaque minime mirandum est, quod eam flagitiose venditas, quam turpissime parasti. 2 verum, ut opinor, splendor domesticus tibi animos tollit,

---

4 Cf. Cic. Phil. VIII, 8 nos leges, iudicia . . . patriam defendimus. Sest. 98. Cass. Dion. XLVI, 20, 2 (de Cicerone): καίτοι πολλὰ μὲν περὶ τῶν νόμων, πολλὰ δὲ καὶ περὶ τῶν δικαστηρίων ἀεὶ καὶ πανταχοῦ θρυλῶν. Sen. suas. VI, 26, 14 (ex carmine Corneli Severi): ille (sc. Cicero) senatus vindex, ille fori, legum vitaeque togaeque. Horat. ep. I, 16, 40.

7 Cf. Sall. Cat. 31, 7 M. Tullius, inquilinus civis urbis Romae. Cic. Sull. 23.

10 Cf. Sall. Cat. 51, 9 quae victoribus collibuissent. inv. in Sall. 5, 13 quae alteri facere collibuisset; ibid. 6, 17 quod ipsi facere collibuisset.

11 Cf. Cic. Pis. 68 sq. Phil. II, 3. Cass. Dion. XLVI 5, 1.

---

1 se ipsum **E V** sese *ω* suasque fortunas $\mathbf{H}^{b}$ 2 turpissimo *om.* **E** 3 et sceleratissimo *om.* *α* celeratissimo **E** est ludibrio **M** est l. est **H** ubiubi **H A T B E M** (ubi² *del.* $\mathbf{M}^{2}$) ubi $\mathbf{H}^{a}$ $\mathbf{H}^{b}$ **V** (*sed* ubi² *s. s.* $\mathbf{H}^{a}$ **V**) 4 R. P. audacia **A** audacia r. p. $\mathbf{H}^{a}$ **B T** iudicia r. (rei **P**) p. **H E M P** iudiciaque p. r. $\mathbf{H}^{b}$ iuditiaque rei p. **V** 5 hoc *om.* **A** $\mathbf{H}^{a}$ ita *om.* **V** *in mg.* $\mathbf{V}^{2}$ moderatur ita **T** effamilia **B** e *om.* **A** 6 affricani **H** $\mathbf{H}^{a}$ repertius **M** reptitius *Ald,* repente *cod. Mon. 15734 in mg.,* repentinus *cod. Vat. 1745* 7 accitus *secl. Wassius,* ⟨e municipio⟩ accitus *Rn* paulo *ex* paulus **H** 8 tua ac dicta *α* **M** ac d. tua **H** $\mathbf{H}^{b}$ **P V** an d. t. **E** 10 alicui] alteri *Or* (*cf. inv. in Sall. 5, 13*) at *corr. Wi*: aut **O** scilicet *om.* $\mathbf{H}^{b}$ 11 moderatam **H P** 12 didicisti **V** prodidisti $\mathbf{H}^{b}$ perdidisti **P** minime] non $\mathbf{H}^{b}$ 13 quod] si $\mathbf{H}^{b}$ eam] iam **T** flagiciose uti dicas **B** 14 attollit **V** (at *s. s.*), *ω*

uxor sacrilega ac periuriis delibuta, filia matris paelex, tibi iucundior atque obsequentior quam parenti par est. domum ipsam tuam vi et rapinis funestam tibi ac tuis comparasti: videlicet, ut nos commonefacias, quam con-
5 versa res sit, cum in ea domo habitares, homo fla- 3
gitiosissime, quae P. Crassi, viri clarissimi, fuit. atque haec cum ita sint, tamen Cicero dicit in concilio deorum immortalium fuisse, inde missum huic urbi civibusque custodem absque carnificis nomine, qui civitatis incom-
10 modum in gloriam suam ponit. quasi vero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus et idcirco res

---

1 Servius in Aen. VI, 632: Hic thalamum invasit natae] Thyestes, unde Aegisthus natus est, item Cinyras: nam quod Donatus dicit, nefas est credi dictum esse de Tullio [quod convicium a Sallustio Ciceronis inimico natum est, qui de illo inquit: 'filia matris paelex']. — cf. Cic. Cluent. 199 atque etiam nomina neccessitudinum non solum naturae nomen et iura mutavit: uxor generi, noverca fili, filiae paelex. orat. 30, 108. — Cic. Verr. I, 122 mihi . . . mea filia maxime cordi est . . .; quid enim natura nobis iucundius, quid carius esse voluit? cf. etiam Cass. Dion. XLVI 2, 3 et 18, 6 (cf. etiam Cic. Phil. II 99; III 4, 16, 17).

6 Cf. Cass. Dion. XLVI 12, 1 *εἶτα τούτων οὕτως ἐχόντων τολμᾷς λέγειν.*

8 Cf. Cic. dom. 141 di immortales suorum templorum custodem ac praesidem sceleratissime cum viderent. Phil. III, 34. Sull. 23 cum schol. Bob. (p. 80, 28 Stangl).

9 Cf. Cic. Rab. perd. 10 me in consulatu meo carnificem de foro sustulisse. Pis. 11. dom. 21.

---

1 periurans **B** delibuta **T** *cod. Vat. 1745*, *Ald.* dubitata **P** delibitata P^2: debilitata *ceteri* paelex] seplex, se *del.*, *s. s* e H^a 3 istam **H P** tuam ipsam **E** vi *om.* H^b honestam *Eu* 4 ⟨cur⟩ comparasti *Rn* conversa] servata **V** 5 res sit H^a **A T** res sit p. **B** sit res p. **H P V** sit r. p. H^b **E M** habitas H^b habites *Hm* 6 P. Crassi viri clarissimi **V** viri consularis H^b v̄. c. H^a **A T** ut c̄ **B** publii c. u. c. **E** publii c. vīr cō̄n **H** (vīr cō̄n *in ras* H^2) publii c. viri fuit **P** publii c. fuit viri clarissimi **M** 7 haec cum **H E M P V** cum haec *α* H^b se cicero *β* cicero se *α* se *in archetypo non extitisse puto* consilio **V** deorum *om.* **P** 8 inde missum] immissum **V** 9 civitates **B** vitans *del et s. s.* civitatis H^a 11 tuus *om.* **V** *in mg.* V^2 et] non **V** iccirco **P**

publica disiecta eo tempore, quo te custodem habebat. sed ut opinor, illa te magis extollunt, quae post consulatum cum Terentia uxore de re publica consuluisti, cum legis Plautiae iudicia domo faciebatis, ex coniuratis ali⟨qu⟩os pecunia condemnabas, cum tibi alius Tusculanam, alius Pompeianam villam exaedificabat, alius domum emebat: qui vero nihil poterat, is erat calumniae proximus, is aut domum tuam oppugnatum venerat aut insidias senatui fecerat, denique de eo tibi compertum erat. quae si tibi falsa obicio, redde rationem, quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit, qua ex pecunia domum paraveris, Tusculanum et Pompeianum infinito sumptu aedificaveris, aut si retices, cui dubium potest esse: opulentiam istam ex sanguine et miseriis civium parasti?

2 Cf. inv. in Sall. 8, 20 egregia facta maiorum tuorum te extollunt.

9 Cf. Cic. Sull. 86 nihil de hoc consul comperi. ibid. 12 cum schol. Bob. (p. 78 Stangl). Catil. I, 10 haec ego omnia ... comperi. ep. ad Att. I 14, 5.

10 sq. Cf. inv. in Sall. 7, 14 quod si quippiam eorum falsum est, his palam refelle, unde ... possessiones paraveris. cf. Cass. Dion. XLVI 7, 2. Cic. Phil. II 40.

14 Cf. Cass. Dion. XLVI, 4, 1 *ἐκ μὲν τῶν κακῶν τῶν ἀλλοτρίων καὶ πλουτεῖ καὶ αὔξει* (cf. ibid. 6, 1). Cic. leg. agr. II, 102 illis honores, potestates, divitiae ex tumultu atque ex dissensionibus civium comparari solent. Verr. V, 118, Sull. 90.

1 quo **O**: quod *Bai* te *om.* **B** habeat **B** 2 consolatum H^a 3 terentiana **M** consuisti **M** 4 placiae H^a planciae **V** plauticae **E** domi H^b dono **B** faciebatis *s. s.* s(= faciebas) **E** 5 aliquos *scripsi*, alios **O**: exilio alios *suppl. Hm*, morte alios *priores*, alios condemnabas alios pecunia condonabas *cod. Mon. 15734* condempnabatis, tis *del.*, s *s. s.* **E** condonabas **V** Tusculanam **E M** *Or* —num *ceteri* 6 villam *s. s.* H^a exedifficabat H^a edificabat **A M** hedificabat **V** 7 Catilinae proximus *Wi* proximos **B** prossimus **V** erat *post* proximus **A** aut] autem **B T M** oppugnatum d. t. **T** 9 compertum tibi H^a 10 fuerat **V** si tibi] sit **A** tibi si **B** 11 patrimonium **V** acceperas **B** quod **B** litibus] laudibus **B** 12 pecunia] pugna **E** et] aut **V** pompeianum agrum H^b 13 exedificaveris **A** H^a qui **H M** cui *s. s.* M^2 14 dubium potest (post **B**) esse *α* potest dubium esse *β* quin *post* esse *ins.* **O** *praeter* **H** *qui* quin *om.* 15 ac miseriis **H** H^b

Verum, ut opinor, homo novus Arpinas, ex M. Crassi 3
familia, illius virtutem imitatur, contemnit simultatem
hominum nobilium, rem publicam caram habet, neque
terrore neque gratia removetur a vero, amicitia tantum
ac virtus est animi. immo vero homo levissimus, sup- 5
plex inimicis, amicis contumeliosus, modo harum, modo
illarum partium, fidus nemini, levissimus senator, mer-
cennarius patronus, cuius nulla pars corporis a turpitu-
dine vacat, lingua vana, manus rapacissimae, gula im-
mensa, pedes fugaces: quae honeste nominari non pos-
sunt, inhonestissima. atque is cum eius modi sit, tamen

---

1 Cf. Iuv. VIII, 237 hic novus Arpinas, ignobilis et modo Romae municipalis eques. Cic. leg. agr. II, 3; Planc. 20.

3 Cf. Cic. Phil. XIII, 7 quod hoc animo in rem publicam est, quae mihi vita mea semper fuit carior.

4 Cf. Cass. Dion. XLVI, 16, 3 (de Cicerone): *ἐμὴ οὔτε χάρις φίλων οὔτε φόβος ἐχθρῶν ἀπείργει τοῦ μὴ οὐ τὰ συμφέροντα ὑμῖν προσκόπτειν.* Plut. Crass. 7 (de Crasso): *ἴσχυε δὲ καὶ χάριτι καὶ φόβῳ, φόβῳ δ' οὐκ ἔλαττον.*

8 Ps.-Sall. suas. ad Caes. II, 9, 2 (de L. Domitio): quoius nullum membrum a flagitio aut facinore vacat, lingua vana, manus cruentae, pedes fugaces: quae honeste nominari nequeunt, inhonestissima. — cf. Cic. Phil. II, 19: sed iam stupra et flagitia omittam, sunt quaedam, quae honeste non possum dicere. inv. in Sall. 8, 22 si qua ego honeste effari possim.

10 Cf. Cass. Dion. XLVI, 5, 1: *εἶτα τοιοῦτος αὐτὸς ὢν . . . ἐτόλμησας.*

---

et *om.* **V** miserias **B** miserorum **V** parasses **V** parasti *ceteri,* paraveris *Ald,* pararis *Jo* 1 M. Crassi] C. Marii *Glareanus* 2 illius *α* eius *β* 3 simultates **E** populi R. curam *Ald* 3 habeo **B** removetur **O**: movetur *ed. Veneta,* permovetur *Wi,* commovetur *Mr Zi* 4 a vero *Rn*: aliud vero **O** *praeter* **V** *qui* et id vero *praebet,* cui vero *ω* illud vero *Co* a studio veri *vel* tribuit vero *Wi* alio de vero *St.* amicitia **A** H^a T^2 -tiae *ceteri* virtutis **H** (corr. H^2) **V** aliud vero — animi *secl. Jo* 5 homo *s. s.* **V** 7 levissimus] venalis *Wi* vilissimus *Pd* 8 patronis **B** corporis pars **A** 11 sunt *post* inhonestissima *s. s.* **V** atqui **B** is *per ras. ex* his H^a huius **V** modϕ (*sic*) **H**

audet dicere: 'o fortunatum natam me consule Romam!' 'te consule fortunatam', Cicero? immo vero infelicem et miseram, quae crudelissimam proscriptionem eam perpessa est, cum tu pertubata re publica metu perculsos omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas, cum om- 5
nia iudicia, omnes leges in tua libidine erant, cum tu
6 sublata lege Porcia, erepta libertate omnium nostrum vitae necisque potestatem ad te unum revocaveras. atque parum quod impune fecisti, verum etiam commemorando exprobras neque licet oblivisci his servitutis suae. 10
egeris, oro te, Cicero, profeceris quidlibet: satis est perpessos esse: etiamne aures nostras odio tuo onerabis, etiamne molestissimis verbis insectabere? 'cedant arma

---

1 Quint. XI, 1, 24: In carminibus utinam pepercisset (scil. Cicero), quae non desierunt carpere maligni: 'cedant arma togae, concedat laurea linguae' et 'o fortunatam natam me consule Romam' et Iovem illum, a quo in concilium deorum advocatur, et Minervam, quae artes eum edocuit — quae sibi ille secutus quadam Graecorum exempla permiserat. — Quint. IX, 4, 41, Diomed. II (p. 466, 1 K), Iuven. X, 122. inv. in Sall. 2, 7.

6 Cf. Sall. Iug. 31, 20 leges iura iudicia penes paucos erant. or. Lep. 13: leges iudicia ... penes unum. — Cass. Dion. XLVI 2, 3; Cic. Phil. VIII 15.

11 Cf. inv. in Sall. 6, 15 vixeris, ut libet, Sallusti, egeris, quae volueris, satis sit ...

---

1 dicere audeat **B** o *om* **H M** fortunātā **H H**^{a} (*sed in* **H**^{a} *corr.*) natam *om.* **H** item natam **M** consulem **B** 2 fortunā tą̄ (*sic*) consulere (re *del.*) **H**^{a} fortunatam consule **A** infelicem vero **E** 3 miseriam **B** eā (*in ras.*) **H** ea **V** civium (**H**^{b}) ω omnium *Wi (cf. Mn XL [1912] p. 368 adn. 3)* 4 tu *om.* **H**^{b} percussos **H**^{b} **V** 5 crudelitate tua **E** 6 lege **B** tu *om.* **A** tui **V** 7 Portio **B** omnium — 8 potestatem *om.* **H** *s. s* **H**^{2} 8 necesque **B** revocaras **B** 9 parum est ω quod *om.* **B** 10 exprobas **H**^{a} **V** his **M** (*ex* hiis) **H**^{a} (*in spatio vacuo*) **H**^{2} hiis **V**, piis **H**^{b} iis *ceteri, om.* **E** *del. Schm* civibus *Pr* tuae **v** ω severitatis tuae *cod. Vat. 2936* oro te] o bone *vel* optime *Wi* 11 profeceras **B** perfeceris **H**^{b} **V** quodlibet **H**^{b} nos perpessos **H**^{b} 12 hodio **V** fastidio *Wi ex inv. in Sall.* 1, 2 honorabis **V** 13 etiamne **E** *Ald* etiam in α **H** etiam **M H**^{b} **V** (*sed* nunc *s. s.* **V**^{2}) molestis **H**^{b} molestimis *s. s.* ssi **H**^{a}

togae, concedat laurea linguae'. quasi vero togatus et non armatus ea, quae gloriaris, confeceris, atque inter te Sullamque dictatorem praeter nomen imperii quicquam interfuerit.

Sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? 4, 7
quem Minerva omnis artis edocuit, Iuppiter Optimus Maximus in concilio deorum admisit, Italia exulem humeris suis reportavit. oro te, Romule Arpinas, qui egregia tua virtute omnis Paulos, Fabios, Scipiones, superasti, quem tandem locum in hac civitate obtines? quae tibi partes rei publicae placent? quem amicum, quem inimicum habes? cui in civitate insidias fecisti, ancillaris. quo auctore de exsilio tuo Dyrrhachio redisti, eum

1 Vide ad p. 77, 9. sed Ciceronem 'laurea laudi' scripsisse constat. cf. de off. I, 22, 77: Illud autem optimum est, in quod invadi solere ab improbis et invidis audio: 'cedant— laurea laudi'. Pis. 72 sq, Phil. II, 20. Cf. Cic. Catil. III, 23 togati me uno togato duce et imperatore vicistis. Pis. 6.

3 Cf. Sall. Cat. 51, 35.

6 vide ad p. 77, 9.

7 Cf. Cic. p. red. in sen. 39 me ... Italia cuncta paene suis umeris reportavit.

8 Quint. IX 3, 89: Etiam in personae fictione quidam idem putaverunt, ut in verbis esset haec figura: 'crudelitatis mater est avaritia', ut apud Sallustium in Ciceronem 'o Romule Arpinas'. cf. Cic. Sull. 22; Cass. Dion. XLVI, 20, 4.

9 Cf. Cic. Catil. IV, 21.

13 Cf. Cic. Pis. 35: de me senatus ita decrevit Cn. Pompeio auctore et eius sententiae principe, ut, si quis impedisset reditum meum, in hostium numero putaretur.

1 ++ si **T** 2 ea quae] eamque H^a confeceris *s. s.* H^a perfeceris H^b feceris **B** atque *om.* **B** te] ne **T** *corr.* T^2 3 non *ante* quicquam (*in mg.*) *ins.* **V** quicquid H^a interfuerit **V** interfuit *ceteri* 5 de t. i. plura **T** 6 omnes artes **E M V** artes *om.* H^b educuit **B** optimus et maximus **V** 7 conciliū *ex* concilio, *ut videtur* (con *compendio s. s.*) **H** concilium **E**, consilio H^b 8 Romule *om.* H^b Arpinos **V** qui *om.* **E** 9 tua *om.* **E** omnes **T E M V** 10 *pro* obtines quae tibi *ex anteced. lin.* omnes paulos fabios *it., sed in mg. corr.* **V** 11 quem β *praeter* **V** et quem (quem *om.* H^a) α **V** 12 cui] cum **A** in *s. s.* **V** ancillaris **E** *cod. Vat. 29 36*, ancillares *ceteri* 13 auctore *Wi* (iuvante *Pr.*): iure cum **O** ω Dyrrhachio *secl. Wi.* re-

sequeris. quos tyrannos appellabas, eorum potentiae faves. qui tibi ante optimates videbantur, eosdem dementes ac furiosos vocas. Vatini causam agis, de Sestio male existimas. Bibulum petulantissimis verbis laedis, laudas Caesarem. quem maxime odisti, ei maxime obsequeris. aliud stans, aliud sedens sentis de re publica. his male dicis, illos odisti, levissime transfuga, neque in hac neque in illa parte fidem habens.

---

1 Cf. Cic. Vat. 23: tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas. Pis. 23. leg. agr. II, 32

2 Cf. Cic. Sest. 97: omnes optumates sunt, qui neque nocentes sunt . . . nec furiosi. Pis. 49; ep. ad fam. I 9, 17.

4 sq. Cf. Cic. Phil. II 23, XIII 21.

8 Cf. Cass. Dion. XLVI, 3, 4: *πλείονας μὲν τροπὰς τρεπόμενος τοῦ πορθμοῦ, πρὸς ὃν ἔφυγεν, ἐφ' ὥπερ καὶ αὐτόμολος ἐπωνομάσθη.*

---

dires H^b cecidisti **B** eum insequeris H^b consequebaris *Ald* 1 appellas **BV** nunc *post* eorum *s. s.* **V** 2 ante *om.* **HM** videbantur optimates **E** eos deo **E** clementes (*s. s.* d) **H** 3 vatī **V** causa magis **E** destio (*s. s.* se) H^a sectio **E** seostio s'gio **V** Sextio *Ald* 4 estimas **B** verbis *in mg.* **V** collaudas H^b 5 maxime odisti ei *om.* **B** 7 hiis **V** maledictis **B** maledic+is **T** odisti *in mg.* **V** adularis *Wi* neque in hac *om.* **B** hoc **V** (corr. *in mg.* V^2) parte *add.* H^b 8 parte *om.* **B** habes *Ald* Expliciunt invective M. T. Ciceronis in Crispum Sulustium *subscr.* **M** *in ceteris subscriptio deest.*

[M. TULLI CICERONIS] IN C. SALLUSTIUM CRISPUM ORATIO.

Ea demum magna voluptas est, C. Sallusti, aequalem 1, 1
ac parem verbis vitam agere, neque quicquam tam obscaenum dicere, cui non ab initio pueritiae omni genere facinoris aetas tua respondeat, ut omnis oratio moribus consonet. neque enim qui ita vivit, ut tu, aliter ac tu loqui potest, neque qui tam inloto sermone utitur, vita honestior est. quo me praevertam, patres conscripti, unde initium sumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior est uterque nostrum, quod aut si de mea vita atque actibus huic conviciatori respondero, invidia gloriam consequetur, aut si huius facta mores omnem aetatem nudavero, in idem vitium incidam procacitatis, quod huic obicio. id vos si forte offendimini,

---

1 controversia ciceronis in salustium incipit H^a, m. t. c. invectiva in c. s. incipit H^b, controversia ciceronis in salustium crispum incipit **A** Responsio T. **E**, Invectiva m. t. c. in salustium crispum **V**, *inscriptione carent ceteri* 4 eam **V** a H^a **M** (*sed in* H^a *litterae initialis locus vacat*) tibi *post* magna *ins.* **V** crispe salusti **V** 5 ac parem *om.* **E** vitam verbis **E V** 6 non in ab **B** non *ante* respondeat (7) *traicit* H^b 7 tua] ita *Eu* oratio **V** *Ald*: ratio *ceteri* 8 ita] vita **E** vivit] ui + ū H^a 9 in vita **V** 10 honestiore **B** praevertamur **B** praevio **V** 11 summam H^a sumamus **B** enim *om.* **E** eo **V** +onus H^a nitior (*s. s.* o) **H** 12 si aut H^b **B T** aut *om.* **V** vita mea **B T** adque **V** aut H^b actionibus *Vo* actibus nostris **A** nostris *del.* A^2 *s. s.* H^a 13 respond'o H^b respondeo **H** *corr.* (*s. s.* r) H^2 14 consequetur **A M** consequatur A^2 *ceteri* 15 aetatem omnem H^b denudavero **A** incidam in i. v. p. H^b 16 quod *ex* qui A^a que **B** illud **V** id forte si vos H^b vos *om.* **B T E**

iustius huic quam mihi suscensere debetis, qui initium
2 introduxit. ego dabo operam, ut et pro me minimo cum
fastidio respondeam et in hunc minime mentitum esse
videatur. scio me, patres conscripti, in respondendo non
habere magnam exspectationem, quod nullum vos sciatis
novum crimen in Sallustium audituros, sed omnia ve-
tera recognituros, quis et meae et vestrae iam et ipsius
aures calent. verum eo magis odisse debetis hominem,
qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus posuit
rudimentum, sed ita ingressus est, ut neque ab alio vinci
possit neque ipse se omnino reliqua aetate praeterire.
3 itaque nihil aliud studet nisi ut lutulentus cum quovis
volutari. longe vero fallitur opinione. non enim proca-
citate linguae vitae sordes eluuntur, sed est quaedam
calumnia, quam unus quisque nostrum testante animo
suo fert [de eo, qui falsum crimen bonis obiectat]. quod
si vita istius memoriam vicerit, illam, patres conscripti,
non ex oratione sed ex moribus suis spectare debe-
bitis. iam dabo operam, quam maxime potuero, breve
ut id faciam. neque haec altercatio nostra vobis inutilis

---

1 istius **T** quam *ex* quia **H**^{a} suscensere **T** succendere **V** succenser e*cet.* debeatis **A H H**^{a} **B T E** (*in* **H**^{a} *corr. a. man.*), debebitis **V** qui] qm̄ **M** quā *s. s.* ł qui **H** 2 et *om.* **B** pro *s. s.* **H** 3 in hunc] hunc **H**^{a} (n *in ras.*), in *s. s. m. rec.* mentitum esse videar **B** mentitus esse videar **H**^{b} **V** *ω* (*et in* **H**^{a} *m. rec.*) ementitum *Pr* 5 habet **B** 6 scio *ex* sciatis (atis *del.*, o *s. s.*) **H**^{a} sciam *Jo* sallustio **H**^{b} auditoros *s. s.* u **H**^{a} 7 veterare cognituros **H** quibus **V** 8 eo] ĝ **H**^{b} debebitis **A B E T** hominem *om.* **V** qui] quam **H** quod **M** 9 quidem *om.* **E** non cū minimis **V** in minimis **H**^{b} minim++ **A** (*suppl.* **A**^{2}) imposuit (im *s. s.*) **V** 11 omnino *om.* **H**^{b} omnio **B** omni **V** 12 aliud] ali ut **V** ut *om.* **E** *del. Schm.* luculentus **T** luculenter **H**^{b} lutulentus sus **E M** *ω Ald* 13 voluptari **H H**^{a} **V** (*corr. in* **H**^{a}) vero] ĝ **B** falitur **B** procicitate **E** 14 vitae *s. s.* **E** 15 calumnia quaedam **H**^{b} animo testante **H**^{b} 16 suo *om.* **H H**^{b} **M** de eo—obiectat *secl. Jo* qui] quod **A T B** quia **H**^{a} obiectat bonis **H**^{b} obiectant **E** ipsius **E** ista vita **H**^{b} 17 memoria **V** illam *Co:* aliam **O** 18 debetis **H**^{a} (**H**^{b}) **E V** potero *Ald* 19 brevem **H**^{b} ut *om.* *β* id *om.* **A B T E M** *s. s.* **H**^{a} **V** haec *om.* **E** *s. s.* **H**^{a} 20 nostro **B**

erit, patres conscripti. plerumque enim res publica privatis crescit inimicitiis, ubi nemo civis qualis sit vir potest latere.

Primum igitur, quoniam omnium maiores C. Sal- 2, 4
lustius ad unum exemplum et regulam quaerit, velim mihi respondeat, num quid his, quos protulit Scipiones et Metellos, ante fuerit aut opinionis aut gloriae, quam eos res suae gestae et vita innocentissime acta commendavit. quod si hoc fuit illis initium nominis et dignitatis, cur non aeque nobis existimetur, cuius et res gestae illustres et vita integerrime acta? quasi vero tu sis ab illis, Sallusti, ortus. quod si esses, nonnullos iam tuae turpitudinis pigeret. ego meis maioribus virtute 5
mea praeluxi, ut, si prius noti non fuerunt, a me accipiant initium memoriae suae: tu tuis vita, quam turpiter egisti, magnas offudisti tenebras, ut, etiamsi fuerint egregii cives, certe venerint in oblivionem. qua re noli mihi antiquos viros obiectare. satius est enim me meis rebus gestis florere quam maiorum opinione niti et ita vivere, ut ego sim posteris meis nobilitatis initium

---

2 u̯, *in mg.* vir **V** 3 *post* latere **A T E** *habent* K(=*caput*), H^a (*eras.*) **B** R(=*rubrica*) 4 quo **B** omnium quoniam H^b omnes **V** 5 ad unum *om.* H^b ad regulam **E** 6 numquam **V** his *Schm*: *om.* **E** hi **H** hii **M V** hos *ceteri* quos *s. s.* H^a scipione **H** et *om.* **E** H^b metelli H^b vel fabios *add.* ω 7 fuerit *Schm*: fuerĩt H^b fuerunt **V** fuerint *ceteri* scipiones (*del.*) opinionis **E** quamquam **B** illustres *post* gestae *ins.* **V** *del.* V^2 8 commendaverunt **V** 9 fuit hoc H^b dignitatis et nominis H^b 10 de nobis (H^b) **E** *Jo* et *om.* H^b 11 sunt *post* illustres *s. s.* **V** vitae *s. s.* a **E V** 12 illis viris **H** H^b **E** si] sa **V** non nullus **B** iam *om.* H^b 13 mea *s. s.* **V** proluxi H^a **A** 14 noti] menti **B** fuerint **B M** V^2 fuerant H^b incipiant H^b **B** 15 inimicum (m^1 *eras.*) **T** vita *Ald*: vitae (*s. s.* H^a) **O** 16 obfuidisti *ex* offendisti H^a effudisti **E V** etsi fuerunt **V** 17 egregi **B** per te certe **V** certe a te ω veniunt **V** in oblivionem venerint **M** 18 mihi noli H^a **A M** noli mihi *ceteri* viros antiquos **A** viros *in mg.* **V** sanctius etenim est **V** enim mihi meis nobilitatis quam maiorum opinionem **B** 19 gestis rebus H^b **E** gestis florere *in mg.* **V** opinione maiorum **H** H^b **M** niti r. p. **M** 20 et *om.* **M** ego *om.* α in posteris H^a initium et virtutis *om.* **B** initium

et virtutis exemplum. neque me cum eis conferri decet,
patres conscripti, qui iam decesserunt omnique odio ca-
rent et invidia, sed cum eis, qui mecum una in re pu-
6 blica versati sunt. sed [si] fuerim aut in honoribus pe-
tendis nimis ambitiosus — non hanc dico popularem
ambitionem, cuius me principem confiteor, sed illam
perniciosam contra leges, cuius primos ordines Sallustius
duxit — aut in gerundis magistratibus aut in vindican-
dis maleficiis tam severus aut in tuenda re publica tam
vigilans, quam tu proscriptionem vocas, credo, quod non
omnes tui similes incolumes in urbe vixissent: at quanto
meliore loco res publica staret, si tu par ac similis sce-
7 lestorum civium una cum illis adnumeratus esses? an
ego tunc falso scripsi 'cedant arma togae', qui togatus
armatos et pace bellum oppressi? an illud mentitus sum
'fortunatam me consule Romam', qui tantum intestinum
3 bellum ac domesticum urbis incendium extinxi? neque
te tui piget, homo levissime, cum ea culpas, quae histo-
riis mihi gloriae ducis? an turpius est scribentem men-

---

ante exemplum *iter.*, *sed del.* **E** 1 his (hiis **V**) **O** 2 dis-
ceserunt H^a decessere H^b hodio **V** studio H^b 4 si *del. Co*
fuerim *ex* fuerint H^a *ex* fuerit **V** aut *om.* H^a petundis H^b
5 in hanc (in *ras. del.*) **H** 7 praeniciosam, *s. s.* per H^a 8 dixit
H M dixit, *s. s.* u H^a duxit ut **E** aut *s. s.* **B** gerundis (u *in*
ras.) H^a magistratibus ⟨tam severus⟩ *Eu* iudicandis H^b *ex*
uindicandis (n^1 *del.*) H^a iudicantis **V** vincandis **M** 9 severus]
saevus *Eu* in tuenda republica **V** in tuendam r. p. **H** H^b **M** in
r. p. *ceteri* 10 quam] quod H^a perscriptionem **A** H^a quod]
qui **B** 11 omnes *s. s.* **H** omnis **B** in hac urbe *Or* in orbem
(v *s. s.*) venissent, *s. s.* † vixissent **H** in urbem venissent **P** *Ald*
atque **H** (que *eras.*) **M** 12 starent **E** similęs **H** cęlestrorum
H^a sceleratorum **B V** (scelestorum *in mg.* V^2) 14 tunc *om.* H^b
armatos *om.* α **M** et *om.* **B E** *ras. del.* **T** in pace **B** *om.* **E**
15 illud] aliud **B** 16 fortunam **H** *corr.* (ta *s. s.*) H^2 fortuna-
tam natam **V** *Ald* 17 liberum *s. s.* bellum H^a extinsi **V** neque
quidem **V** necquid **H E P** nequid **M** numquid H^b neque: ecquid
in archetypo extitisse putat Heraeus 18 tui te **B** pigeat **M**
culpas *s. s.* e **V** in historiis **V** *Ald* historię *s. s.* is H^b 19 mihi
historiis **E** mihi *om.* H^b an] num **B** n$\bar{+}$ (u *eras.*) **T** est p. c.
H^b **V** (p. c. *del.* V^2)

tiri quam vel palam hoc ordine dicentem? nam quod in aetatem increpuisti, tantum me abesse puto ab impudicitia, quantum tu a pudicitia. sed quid ego de te plura querar? quid enim mentiri turpe ducis, qui mihi ausus 8
sis eloquentiam ut vitium obicere? cuius semper nocens eguisti patrocinio. an ullum existimas posse fieri civem egregium, qui non his artibus et disciplinis sit eruditus? an ulla alia putas esse rudimenta et incunabula virtutis, quibus animi ad gloriae cupiditatem aluntur? sed minime mirum est, patres conscripti, si homo, qui desidiae ac luxuriae plenus sit, haec ut nova atque inusitata miratur. nam quod ista inusitata rabie petulanter in uxo- 9
rem et in filiam meam invasisti, quae facilius mulieres se a viris abstinuerunt quam tu vir a viris, satis docte ac perite fecisti. non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, ut vicissim tuos compellarem. unus enim satis es materiae habens: neque quicquam domi tuae turpius est quam tu. multum vero te, opinor, fallit,

---

1 quam] quia *ante corr.* H^a vel (=uł *archetypi*) *No* (*cf. Diss. p. 37*) ullum **H M P** v illud **E** illam **T** illic H^b illum *ceteri* unum *St del. Heraeus* hoc *s. s.* H^a hac **M** quod] qui **B** quo **E** in aetate H^a in mea aetate **V** in meam aetatem H^b *ω* 2 tantum *s. s.* dem **V** me me **H** tantum — pudicitia *om.* **T** quantum tu a pudicitia *in mg.* **V** te **B** tu ab H^b pudiccia **E** 4 querar *s. s.* ł loquar **H P** loquar H^b turpe] te **H P** te mentiri ducis **M** dicis H^a **B T E** (*in* H^a u *s. s.*) 5 sis] es H^b in *s. s.* ut **H** vinum *s. s.* ł vicium **E** obicire **B** ~ nocens eguisti *in mg.* **E** 6 ahilla **B** ṇullum H^a illum **H** H^b ullum *ceteri* existumas **T** 7 egregium civem **P** hiis **V** 8 rudimenta **A** H^b erudimenta *ceteri* cunabula **B V** 9 cupiditatem gloriae H^b alantur **V** minime] impune **H** 10 est *s. s.* **T** homo levissimus **A** qui *om.* H^b 11 luxuriae aut desidiae **A** sit] est *Bai* hoc **V** nova ac **V** 12 quod] quam *s. s.* quem H^a que **B** rabiae **H** rabies H^a **A** 13 et filiam H^b meam *om.* **H E M P** invasisti *om.* *α* se mulieres **V** se (et *del.*) *s. s.* H^a 14 abstinuerunt quam tu vir a viris *s. s., in mg. iter., postea del.* **H** viraris *s. s.* vir a viris H^a 15 me *om.* H^b sperasti me H^a **E** mutuam *om.* H^b metuam **P** 16 compellerem *s. s.* a **H** unus es (*post* satis *iter.* es) **E** 17 es *s. s.* **H** es satis **A** H^b satis est **B** habens materiae H^b domui **A E V** 18 vero *om.* *α* enim **M** ut opinor **A** opinio (H^b) *Jo* (*non* H^a) falli **V**

qui mihi parare putasti invidiam ex mea re familiari, quae mihi multo minor est, quam habere dignus sum. atque utinam ne tanta quidem esset, quanta est, ut potius amici mei viverent quam ego testamentis eorum locupletior essem. ego fugax, C. Sallusti? furori tribuni plebis cessi: utilius duxi quamvis fortunam unus experiri, quam universo populo Romano civilis essem dissensionis causa. qui postea quam ille suum annum in re publica perbacchatus est omniaque, quae commoverat, pace et otio resederunt, hoc ordine revocante atque ipsa re publica manu retrahente me reverti. qui mihi dies, si cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo superet, cum universi vos populusque Romanus frequens adventu meo gratulatus est: tanti me, fugacem, mercen-
4, 11 narium patronum, hi aestimaverunt. neque hercules mirum est, si ego semper iustas omnium amicitias aestimavi. non enim uni privatim ancillatus sum neque me addixi, sed quantum quisque rei publicae studuit, tantum mihi fuit aut amicus aut adversarius. ego nihil plus volui valere quam pacem: multi privatorum au-

---

1 qui] quae **A** quod **M** (*ex* quae) H^a *om.* **P** si *Jo* qui—familiari *om.* H^b *in mg. add. m. rec.* parere *s. s.* a **H** putasti parare **V** invidiam putasti **E** mea] me **E** 2 multo mihi H^a *post* multo *s. s.* mihi sim **V** 4 ego] mihi H^a *om.* **A** 5 fugax] quidem **A** g. salustii *s. s.* crispe H^a c. s. H^b 6 quamquis **H P** unus *ex* unam **H** *ex* uno H^a 7 universae p. r. **E** civiles **B** esse (H^b) **E M** essem (H^a *ex* esse) *ceteri* 8 causa+ **H** causamus (mus *del.*) H^a illa **B** suo aio H^b in *om.* **B** 9 p. (= *publica*) *s. s.* **H** d' bacchatus **V** omniaque quae H^a (H^b) **V** omnia quaeque **B T** omnia quae **A E M** omnia **H P** 10 odio **H** adque **V** ipsa r. p. H^b **E M** ipsam r. p. **V** ipsa p. r. **H** H^a **B T** ipso p. r. **A** 12 meo *s. s.* H^a 13 universe (e *eras.*) **T** vos P. R. **A** 14 est—15 aestimaverunt *post* 16 aestimavi *transp.* **B** 15 hii **V** existimaverunt H^b extimaverunt **V** neque—6 aestimavi *in mg.* H^a *om.* **A T** hercules H^a **E** hercule H^b **P V** ercule **M** hercle *ceteri* (cf. 5, 14 et 8, 21) 16 si ego *iter. et del.* **H** iusta **B** iustas semper **V** iustas omnium *om.* **E** iustas ⟨iustorum⟩ *Eu* 17 existimavi (H^b) extimavi **V** enim *s. s.* **H** uni] vi **A** me *om.* H^b 18 abduxi **A** quaquantum **T** 19 aut *s. s.* H^a inimicus **H E M P** adversarius *ceteri* volui plus H^b 20 quam *ex* quia H^a

dacias nutriverunt. ego nihil timui nisi leges: multi arma sua timeri voluerunt. ego numquam volui quicquam posse nisi pro vobis: multi ex vobis potentia freti in vos suis viribus abusi sunt. itaque non est mirum, si nullius amicitia usus sum, qui non perpetuo rei publicae amicus fuit. neque me paenitet, si aut petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum aut Sesti insolentiam repressi aut Bibuli patientiam culpavi aut virtutibus Caesaris favi. hae enim laudes egregii civis et unicae sunt. quae si tu mihi ut vitia obicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur. plura dicerem, si apud alios mihi esset disserendum, patres conscripti, non apud vos, quos ego habui omnium mearum actionum monitores. sed ubi rerum testimonia adsunt, quid opus est verbis? 12

Nunc ut ad te revertar, Sallusti, patrem tuum praeteream, qui si numquam in vita sua peccavit, tamen maiorem iniuriam rei publicae facere non potuit quam quod te talem filium genuit; neque tu si qua in pueritia peccasti, exsequar, ne parentem tuum videar accusare, qui eo tempore summam tui potestatem habuit, sed 5, 13

---

1 ego—2 voluerunt *om.* H^b 2 quicquam volui **M** 3 in vos **E M V** ω *Ald: om.* H^b in *om. ceteri,* vos *in* H^a *del. m. rec.* viribus suis H^b abusi *in ras.* **H** 4 non] nichil **V** 5 amicitie **V** perpetuo **B** 6 vatinio (H^b) **M** vectivo **V** vatino *ceteri* 7 sestii **H P** festi **A V** sexti **E** 9 haec H^a (*sed* c *eras.*) **H** · **E P** egregiae H^a **B T** cuius **B** ci+uis (ι *eras.*) **T** unici H^b si tunc vitia mihi obicis H^b 10 reprehendetur V^2 *Ald* —ditur H^b —dantur **B** —datur *ceteri* 11 vica *post* mea *eras.* **H** culpabantur **H** 12 esset mihi **V** disserendum H^b **M**, discernendum H^a discernendum *ceteri,* dicendum *Ald.* quos] qu+(a *eras.*) **T** 13 ego *om.* α **E** semper habui **V** actionum mearum **A** H^a **E** actionum *om.* **M** munitores **B** memores **V** 14 assunt **E** quod **P** opus *in mg.* **V** verbis] vobis **P** 15 ut ad te **H M P** ad te ut H^a (*sed* ut *del. m. rec.*) *Ald* ut *om. ceteri* patrem **H P** ad patrem H^b patremque *ceteri* praeteream *om.* H^b 16 sua *s. s.* **V** 17 iniuriam maiorem H^b p. R. H^b 18 te quod te **E** filium talem H^b tu *om.* H^b 19 ne+ H^a nec **P** neque (que *eras.*) **T** parentum **T** accusare] culpare H^b 20 qui (H^b) **M** si *ceteri* habebat sed si quali adolescentia fueris si demonstravero H^b

qualem adolescentiam egeris: hac enim demonstrata facile intellegetur. quam petulanti pueritia tam impudicus et procax adoleveris. postea quam immensae gulae impudicissimi corporis quaestus sufficere non potuit et aetas tua iam ad ea patienda, quae alteri facere collibuisset, exoleverat, cupiditatibus infinitis efferebaris, ut, quae ipse corpori tuo turpia non duxisses, in aliis expe-
14 rireris. ita non est facile exputare, patres conscripti, utrum inhonestioribus corporis partibus rem quaesierit an amiserit. domum paternam vivo patre turpissime venalem habuit [vendidit]. et cuiquam dubium potest esse, quin mori coëgerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede gesserit omnia? neque pudet eum a me quaerere, quis in P. Crassi domo habitet, cum ipse respondere non queat, quis in ipsius habitet paterna domo. 'at hercules lapsus aetatis tirocinio postea se correxit.' non ita est, sed abiit in sodalicium sacrilegi Nigidiani; bis iudicis ad subsellia attractus extrema fortuna stetit

---

1 enim *om.* α H^b monstrata **V** intellegetur **T** -ligetur H^b **V** -legitur **H B P** -ligitur V^2 *ceteri* in. m *ante* impudicus *del.* H^a 3 qua H^a 4 quaestus] idem sumptus facere **H P** (*s. s.* **H**) ad sumptus *add. sed postea del.* **V**; quaestuosus sumptus H^b in stipendia sumptus ω 5 ut **P** et *s. s.* P^2 iam] non **E** ad ea iam **A** patiendia **B** facienda **B** 6 exoleverat *ex* exsolverat H^a exo+leverat **P** cupiditatibus *om.* **E** infiniti **E** efferebatis *s. s.* r H^a efferebans **T** ut quae] utque **H** H^a **B E** 7 turpia ipse c. t. **M** expiriris **B** experiebaris **E** 8 ita difficile est **A** et putare **B** expectare **A E** (*ex* exputare) H^a disputare H^b 9 in inhonestioribus (in^2 *s. s.*) H^a artibus **P** quesiverit **E** 10 an miserit H^b domam **T** domum tuam **E** tuam *del. et* paternam *s. s.* E^2 turpissime *om.* α vendidit *om.* H^b *secl. Jo* 11 potest dubium **E** 12 pro] · p · **H** neque — 14 paterna domo *om.* **A** 13 quaererem **V** quis] quasi **H** in *in ras.* **H** *om.* **B** p. c. habitet domo H^b 15 non querat **V** nequeat H^b **B T M** quasi in (in *in ras.*) **H** quis in *om.* **P** habitet *s. s.* **V** 16 K *ante* at **A T** R **B** (cf. 2, 4) hercule **H** H^b **M P V** hercules *ceteri* me *s s.* H^a aetatis] eatis **T** tyrocinio **B E M** se postea H^b se correxit postea **V** 17 est sed *in ras.* **H** habuit *ex* habiit H^a habiit **T V** soladitium **V** sacrilegium nigidianum H^b (*ad rem v. Mn XLI (1913) p. 23 sq.*) nigidianibus **B** 18 iudicis bis (bis *s. s.*) **M** ad iudicis H^b ω subsella **B** actractus **T** stetit *ex* stant H^a

et ita discessit, ut non hic innocens esse sed iudices peierasse existimarentur. primum honorem in quaestura adeptus hunc locum et hunc ordinem despectui ⟨habuit⟩, cuius aditus sibi quoque sordidissimo homini patuisset. itaque timens, ne facinora eius clam vos essent, cum omnibus matrum familiarum viris opprobrio esset, confessus est vobis audientibus adulterium neque erubuit ora vestra. vixeris, ut libet, Sallusti, egeris, quae volueris: satis sit unum te tuorum scelerum esse conscium. noli nobis languorem et soporem nimium exprobrare. sumus diligentes in tuenda pudicitia uxorum nostrarum, sed ita experrecti non sumus, ut a te cavere possimus. audacia tua vincit studia nostra. ecquod hunc movere possit, patres conscripti, factum aut dictum turpe, quem non puduerit palam vobis audientibus adulterium confiteri? quod si tibi per me nihil respondere voluissem, sed illud censorium eloquium Appii Claudii et L. Pisonis, integerrimorum virorum, quo usus est quisque eorum, pro lege palam universis recitarem, nonne tibi viderer aeternas inurere maculas, quas reliqua vita tua eluere

---

1 discessit] stetit H^b hic non **A** *corr.* A^2 esset **B** 2 pierasse **A** peiurasse H^a pererasse **B** pe+erasse (r *eras.*) **T** existimarentur H^a -retur (n *s. s.*) **E** extimarentur **V** 3 secutus est *post* adeptus *add.* α **V** *Jo* ⟨in⟩secutus est *St del. Co No Wi* despectui ⟨habuit⟩ *No.* (*cf. Diss. p. 39*) despectus (*in ras.* **M** deserptus **V**) **O**: *s. s.* ŧ tum **E** despectum *Ald* despectu *Jo St* despexit *Co* despicatus est *Wi* 4 cuius *om.* **M** *s. s.* M^2 additus **T** quoque sibi H^b **V** 5 clam essent vobis **V** vos *s. s.* bis H^a 6 omnibus] hominibus **B** matribus H^b**V** viris **EMV** vestris **AHBPT** *ex* uris H^a *om.* H^b 8 hora **V** lubet et **B** 9 scium **V** 10 noli esse **B** languorem nobis **H** saporem **HM** nimirum H^b exprobare H^a**BV** 11 uxorem nostram H^a (*postea corr.*) nostrarum uxorum **HMPV** 12 perrecti (ex *s. s.*) **H** experti **V** a *om.* **B** 13 tua vincit studia *in mg.* **V** ecquod] et pro *s. s.* quid H^a et quid **V** et quod *ceteri* qui *post* quod *ins.* **B** hinc **H** *corr.* H^2 14 hunc possit p. c. movere **E** vovere **B** aut dictum β auditum H^a auditu **ATB** ac dictum *Ald* ω 15 non *om.* **A** palam *om.* **E** 16 nihil per me H^b pro me nihil H^a 17 lucii **P** 18 vivorum **T** et quisque **E** quisque est H^b 19 nonne] non H^b 20 tua *om.* H^b eludere **HP** elucere **E**

non posset? neque post illum dilectum senatus umquam
te vidimus, nisi forte in ea te castra coniecisti, quo om-
17 nis sentina rei publicae confluxerat. at idem Sallustius,
qui in pace ne senator quidem manserat, postea quam
res publica armis oppressa est, idem a victore, qui ex-
sules reduxit, in senatum per quaesturam est reductus.
quem honorem ita gessit, ut nihil in eo non venale ha-
buerit, cuius aliquis emptor fuerit, ⟨et⟩ ita egit, ut nihil
non aequum ac verum duxerit, quod ipsi facere collibuisset, neque aliter vexavit ac debuit, si quis praedae
18 loco magistratum accepisset. peracta quaestura postea
quam magna pignora eis dederat, cum quibus similitudine vitae se coniunxerat, unus iam ex illo grege videbatur. eius enim partis erat Sallustius, quo tamquam in unam voraginem coetus omnium vitiorum excesserat:
quidquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in urbe, municipiis, coloniis, Ita-

---

1 posset **A B T** posset *s. s.* i **H**^{a} possit **H E M** possis **H**^{b} **V** possim **V**^{2} dilectum **B** delictum **v** delectum *ceteri* umquam *om.* *α* numquam **E** usquam **H**^{b} 2 vidimus te **A** ea *s. s.* **V** mea te **A** te *om.* **V** acta *ante* castra *del.* **H**^{a} 3 sentina *ex* sententia **H**^{a} romani populi **M** confluxerat *ex* coniecat **H**^{b} confluxerat—5 res publica *om.* **A** ad **B** ut **V** idem] ille **H**^{b} 4 ne *om.* **H**^{b} (*s. s. m. rec.*) non **V** saenator quidaem **T** 5 et idem (eidem **V**) **O** a victore *Jo* (*cf. Cic. ep. fam. 10, 32, 2*) huic **A V** victor **H**^{a}**E** victores **H H**^{b} **M P** victo re+(s *eras.*) **T** auctorem **B** quos **H M P** 6 per *Mommsen* (*Röm. Staatsr. I*^{2}, *504 adn. 2*): post **O** reductus est post quaesturam **M** est receptus **H**^{b} 7 nihil non in eo **H**^{a} nihil non in eo non **T** non in eo nihil **A V** 8 aliqui **H**^{a}**T** fuit **V** et *supplevi* itaque *Ald* 9 ad *s. s.* c **H**^{a} ad *s. s.* ac **V** ipsi] illi **H**^{b} **E** 10 neque] enim *add. alt. m. in* **H**^{a} taliter **B** vixit **H M P** *s. s.* **A**^{2} vetuit **B** vetavit **T** loco praedae **V** 12 pignera **H M P** dedisset **H**^{b} vitae similitudine **B** 13 coniunxerat (*s. s.* n) **H** convinxerat **H**^{a} illorum grege **B** 14 partis iam **V** erat exemplar **H E M P** exemplar erat **V** *ω Ald* quod quo (**H**^{b}) quo (*in ras.*) **A** qua **B** quod *ceteri* tanquam **H**^{a} **B** tantam *ceteri* 15 excesserat] conflixerat **H**^{b} 16 quicquid **H H**^{a} **T E M P** quiquid **B** cilonum **M** cillonum **V** ciclonum **H**^{b} cylonum *cet:* chilonum *M b* gulonum *Leo* parricidalium **H**^{b} patricidarum **V** 17 debitorum (**H**^{b}) dediciciorum **H**^{a} deditorum *ceteri* in *om.* **A H**^{a}**T** in mun. in col. in it. **B** munipiis **T** italiam totam **H**^{a}

lia tota, sicut in fretis subsederant, nomínis perditi ac notissimi, nulla in parte castris apti nisi licentia vitiorum et cupiditate rerum novarum. 'at postea quam praetor est factus, modeste se gessit et abstinenter'. non ita; provinciam vastavit, ut nihil neque passi sint neque exspectaverint gravius in bello socii nostri, quam experti sunt in pace hoc Africam inferiorem obtinente. unde tantum hic exhausit, quantum potuit aut fide nominum traici aut in naves contrudi: tantum, inquam, exhausit, patres conscripti, quantum voluit. ne causam diceret, sestertio duodeciens cum Caesare paciscitur. quod si quippiam eorum falsum est, his palam refelle, unde, qui modo ne paternam quidem domum reluere potueris, repente tamquam somnio beatus hortos pretiosissimos, villam Tiburti C. Caesaris, reliquas possessiones paraveris. neque piguit quaerere, cur ego P. Crassi domum emissem, cum tu vetus villae dominus sis — cuius paulo ante fuerat Caesar. modo, inquam, patri- 7, 19 20

1 infreti **B T** infrae *s. s.* fretis **E** insertis **V** subsederant *om.* **A** nominis *in mg.* **V** homines *Guilelmus* 2 apta (apti V^2) in l. **A V** nisi in H^b 3 novarum rerum **H** postquam **E** 4 praetor] rector **E** factus est **M** et *ex* ut H^a nonne V^2 *edd.*, quin (?) H^b non enim **P** 5 provinciam] pronuntiam **B** devastavit **V** ut nihil *del.* V^2 neque passi sint *om.* **V** sunt **B T** 6 exspectarint β exspectaverunt **B T** exspectarent **P** 7 inferiorem *Jo cum Corrado* (*cf. Sall. Iug. 18, 12; Dion. XLVI, 9*): interiorem (in timore **V**) **O** oretinentem H^a obcontinente **H M** continente **P** tentante **V** 8 exhaussit **B** exausit **V** quantum—9 exhausit *in mg.* **V** a *ante* fide *s. s.* H^a a fide H^b (?) 9 trahici H^a**M** trahi **B** tercii H^b aut *om.* **B** in naves] ignavos **E** in aves H^b inquam **A** 10 exhausit p. c. α p. c. exhausit β exhausit *om.* H^b voluit *s. s.* E^2 potuit **E** *del.* E^2 nec H^a **E** 11 dicere **V** sestercia **B** setercio H^b sextertio **V** cum cesare duodecies H^b 12 quicquam H^b est quae dico his **P** hiis **V** hic H^b **V** *Co* refelle (lle *in ras.*) q̄ dico unde quo **H** refelle *ex* referte H^a refer *Vo* quo modo **P** reluere (elu *in ras.*) **V** *Heraeus* relinire (*vel* relinere) *ceteri* redimere *Ald* retinere *Vo* 14 somno **H** H^a **B E P** (*corr. in* H^a), sompno **V** sono **M** 15 tyburti **A** H^a tirburtii **V** *secl. Jo* possessionis **B** 16 puduit *Co* (ex **5**, 14) P. *om.* **B** H^b 17 emissem domum **H** (*sed* dom *in ras.*) **M P** netus **M** veteris ω *Ald* eius *Bai* sis *om.* **H** H^b **E P** 18 fuerit H^a **B T** fuit **A**

monio non comesso sed devorato quibus rationibus repente factus es tam adfluens et tam beatus? nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem suum satis honestum quisquam sibi ducit nisi similis ac par tui?
8 at hercules egregia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum sive tu similis es sive illi tui, nihil ad omnium
21 scelus ac nequitiam addi potest. verum, ut opinor, honores tui te faciunt insolentem. tu, C. Sallusti, idem putas esse bis senatorem et bis quaestorem fieri quod bis consularem et bis triumphalem? carere decet omni vitio, qui in alterum dicere parat. is demum male dicit, qui non potest verum ab altero audire. sed tu, omnium mensarum assecula, omnium cubiculorum in aetate paelex et idem postea adulter, omnis ordinis turpitudo es
22 et civilis belli memoria: quid enim hoc gravius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine videmus? desine bonos petulantissime consectari, desine morbo procacitatis isto uti, desine unumquemque moribus tuis

---

1 comesso **V** commesso **M** commisso **H** comeso **A** H^b **E P** commeso H^a **B T** comesto (*ex Diom. p. 387, 6 K.*) *Jo* orationibus **M** repente *om.* H^b 3 faceret te **V** quem ne] qui me **E** quidesu+ **T** 4 quisquam *om.* H^b quispiam **M** sibi quisquam **E** apartui H^a *sed* ac par tui *s. s. m. rec.* 5 hercle H^a hercule **V** hercules *ceteri* (*in* **A** es *in ras.*) 6 similęses **A** ille **A** ill+ **B** tui **H E M** tibi vel tui H^a tibi *ceteri* 7 adde **B** +opinor (u *eras.*) **M** 8 idem *Jo*: tantum **H P** tantundem **M** *Ald* totidem *ceteri* 9 quot **A** H^b **T** quantum **H M P** 10 consul+rem (e *eras.*) **T** care **E** car+ere (c *eras.*) **T** debet (H^b) 11 edicere **B** parat. is *Jo* parat (is *om.*) **E P** paratus est is **V** ω *Ald* paratus *ceteri* maledixit H^a qui *in ras.* H^a quod **A** 12 pote **A** *corr.* A^2 post **B** veritatem **H M P** alio **E** 13 mensurarum **V** assecula **A T M** ascła H^a asseda **V** adsecla *cet.* in prima aetate **B** 14 õmis **A** *om.* **H** *del. Jo* ordinis *om.* **A** 15 et **B M** *Ald om. ceteri* enim *s. s.* **A** hoc *om.* **B** quid—16 videmus *om.* H^b *in mg. add. m. rec.* quod] qui H^a **B** incolomem H^a **P** 17 bonos petulantissime consectari H^a *cod. Pithoei*, p. consectari bonos **A** b. petulantissimis verbis c. H^b b. petulantissima consectari (consertari **B**) lingua *ceteri* (*etiam* **H**) *Ald* b. petulantissime ⟨conviciis⟩ consectari *St* desine^2] de ordine **M** desine^2—18 unumquemque *in mg* **V** 18 tuis *om.* **E** extimare **V** hiis **V** hic **E** te amicum tibi **E** ti-

aestimare. his moribus amicum tibi efficere non potes: videris velle inimicum habere. finem dicendi faciam, patres conscripti. saepe enim vidi gravius offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte dixerunt, quam eos, qui commiserunt. mihi quidem ratio habenda est, non quae Sallustius merito debeat audire, sed ut ea dicam, si qua ego honeste effari possim.

---

bi amicum H^b tibi *om.* **B M** 1 facere (H^b) potes *ex* potest **H** potens **B** velle] malle **A** 3 gravi++ *s. s.* ter **A** animum H^b aliaena **T** 4 apte **H** H^a **T** commiserant **H** mihi] multi **T** *in mg. corr.* T^2 6 non *ex* nam H^a non ut H^b non quae H^a H^b **A B V** non qu$\bar{+}$ **H** non quē (*i. e. quem*) **P** non quam **M** neque **T** numquam **E** audire *in ras.* **H** 7 honeste ego H^a affari **V** e *s. s.* V^2 possum (H^b) **E V** salustii in ciceronem *subscr. in* H^a *nihil in ceteris.*

I. CONSPECTUS LOCORUM, QUOS IN APPARATU ATTULI.

pg.

chol. Rob. in Sull. 12 (Stangl p. 78) 4,9
Schol. Rob. in Sull. 23 (St. p. 80, 28) 3,8
Cic. Verr. I, 122. . . . 3,1
„ „ V, 118. . . . 4,14
„ „ V, 126. . . . 1,10
„ Cluent. 199 3,1
„ leg. agr. II, 3. . . . 5,1
„ „ „ II, 32 . . . 8,1
„ „ „ II, 102 . . . 4,14
„ Rab. perd. 10. . . . 3,9
„ Catil. I, 10. 4,9
„ „ III, 23 7,1
„ „ IV, 21 7,9
„ Mur. 88 1,10
„ Sull. 12. 4,9
„ „ 22. 7,8
„ „ 23. 2,7
„ „ 86. 4,9
„ „ 90. 4,14
„ Flacc. 4 1,40
„ p. red. in sen. 39 . . 7,7
„ dom. 21. 3,9
„ „ 141 3,8
„ Sest. 97. 8,2
„ „ 98. 2,4
„ Vat. 23 8,1
„ Pis. 6 7,1
„ „ 11 3,9
„ „ 23 8,1
„ „ 35 7,31
„ „ 49 8,2
„ „ 68 sq. 2,11
„ „ 72 7,1
„ Planc. 20. 5,1
Cic. Phil. II, 3 2,11
„ „ „ 19 5,8
„ „ „ 20 7,1
„ „ „ 23 8,4
„ „ „ 40 4,10

pg.

Cic. Phil. II, 99 3,1
„ „ III, 4 et 16/17 . 3,1
„ „ „ 34 3,8
„ „ VIII, 8 2,4
„ „ „ 15 6,6
„ „ XIII, 7 5,3
„ „ „ 21 8,4
„ de orat. III, 56, 214 . 1,10
„ orat. 30, 108 3,1
„ de off. I, 22, 77 . . . 7,1
„ ep. ad Att. I, 14, 15 . 4,9
„ ep. ad fam. I, 9, 17 . 8,2
Dio XLVI 2, 3 . . 3,1 et 6,6
„ „ 3, 4 8,8
„ „ 4, 1 4,14
„ „ 5, 1 . 5,10 et 2,11
„ „ 6, 1 4,14
„ „ 7, 2 4,10
„ „ 12, 1 . . 3,1 et 6
„ „ 16, 3 5,4
„ „ 18, 6 3,1
„ „ 20, 2 2,4
„ „ 20, 4 7,8
Diom. gramm. II 466,1 (Keil) 6,1
Horat. epist. I, 16, 40 . . 2,4
Iuven. VIII, 237 5,1
„ X, 122. 6,1
Plut. Crass, 7 5,4
Quint. inst. IV, 1, 68 . . 1,4
„ „ IX, 3, 89 . . 7,8
„ „ IX, 4, 41 . . 6,1
„ „ XI, 1, 24 . . 6,1
Sall. Cat. 31, 7 2,7
„ „ 51, 9 2,10
„ „ 51, 35 7,3
„ Iug. 31, 20 6,6
„ or. Lep. 13 6,6
[Sall.] suas. ad Caes. II, 9, 2 5,8
Sen. suas. VI, 26, 14 . . 2,4
Serv. in Aen. VI, 632 . . 3,1

II. INDEX NOMINUM PROPRIORUM.

I = Sall. in Cic., II = Cic. in Sall.

Africam: hoc Africam inferiorem obtinente II, 7, 19.

Africani: quasi unus reliquus e familia viri clarissimi, Scipionis Africani I, 1, 1.

Arpinas: homo novus Arpinas I, 3, 4; oro te, Romule Arpinas I, 4, 7.

Appii: censorium eloquium Appii Claudii II, 6, 16.

Bibuli: *M. Calpurnius Bibulus, qui anno 59 cum Caesare consul fuit:* Bibuli patientiam culpavi II, 4, 12; Bibulum petulantissimis verbis laedis I, 4, 7.

Caesar: villae dominus sis, cuius paulo ante fuerat Caesar II, 7, 20; cum Caesare pacisci tur II, 7, 19; laudas Caesarem I, 4, 7; virtutibus Caesaris favi II, 4, 12; villam Tiburti C. Caesaris . . . paraveris II, 7, 19.

Cicero: Cicero dicit in consilio deorum immortalium cuisse I, 2, 3; te consule fortunatam (*scil.* Romam), Cicero? I, 3, 5; oro te, Cicero I, 3, 6. *v. etiam* Tullius.

Claudii: v. Appii.

M. Crassi: *M. Licinius Crassus triumvir, qui in expeditione adversus Parthos periit (cf. Mnem. XLI [1913] p. 145 sq):* homo novus . . ., ex M. Crassi familia I, 3, 4.

P. Crassi: *P. Licinius Crassus Dives Lusitanicus, pater M. Crassi, Ciceronis aequalis:* cum in ea domo habitares . . ., quae P. Crassi, viri clarissimi fuit I, 2, 2; neque pudet . . . quaerere, quis in P. Crassi domo habitet II, 5, 14; neque piguit quaerere, cur ego P. Crassi domum emissem II, 7, 20.

Dyrrhachio: de exsilio tuo Dyrrhachio redisti I, 4, 7.

Fabios: egregio tua virtute omnis Paulos, Fabios, Scipiones superasti I, 4, 7.

Italia: quem . . . Italia exulem humeris suis reportavit I, 4, 7; quidquid impudicorum . . . fuit . . . Italia tota II, 6, 18.

Juppiter: quem . . . Juppiter Optimus Maximus in concilio deorum admisit I, 4, 7.

Mettellos: his, quos protulit, Scipiones et Metellos, ante fuerit II, 2. 4.

Minerva: quem Minerva omnis artis edocuit I, 4, 7.

Nigidiani: abiit in sodalicium sacrilegi Nigidiani *(i. e. sacrilegii P. Nigidii Figuli, Varronis et Ciceronis aequalis; cf. Mnem. XLI [1913] p. 23 sq.).*

Paulos: egregia tua virtute omnis Paulos . . . superasti I, 4, 7.

L. Pisonis: *L. Calpurnius Piso Bestia, Gracchorum aequalis vir et acer et non indisertus (cf. Cic. Brut. 178):* censorium eloquium . . . L. Pisonis II, 6, 16.

M. Pisonem: *M. Pupius Piso Calpurnianus, vir eloquentissimus, ad quem Ciceronem adulescentulum pater deduxit (Cic. Brut. 310; Ascon. in Pison. p. 15, 14 Clark):* istam immoderatam elequentiam apud M. Pisonem . . . perdidicisti I, 1, 2.

Plautiae: legis Plautiae iudicia domo faciebatis I, 2, 3.

Pompeianam villam exaedificabat I, 2, 3; Pompeianum infinito sumptu aedificaveris I, 2, 4.

Porcia: sublata lege Porcia I, 3, 5.

Romam: o fortunatam natam me consule Romam I, 3, 5; fortunatam me consule Romam II, 2, 7.

Romanum: ubi querar?... apud populum Romanum I, 1, 1; universo populo Romano civilis essem dissensionis causa II, 3, 10; populus Romanus frequens adventu meo gratulatus est II, 3, 10.

Romule *(per ironiam de Cicerone dictum):* oro te, Romule Arpinas I, 4, 7.

C. Sallusti: *sic ter* (II, 1, 1; 3, 10; 8, 21) *vocatur idemque* Sallusti: II, 2, 4; 5, 13; 6, 15. — vos novum crimen in Sallustium audituros II, 1, 2; C. Sallustius ad unum exemplar quaerit II, 2, 4; (ambitionis) primos ordines Sallustius duxit II, 2, 6; idem Sallustius ... in senatum per quaesturam est reductus II, 6, 17; eius enim partis erat Sallustius II, 6, 18; quae Sallustius merito debeat audire II, 8, 22.

Scipionis: unus reliquus ex familia ... Scipionis Africani I, 1, 1; egregia tua virtute omnis ... Scipiones superasti I, 4, 7; his quos protulit Sciones . . . ante fuerit II, 2, 4.

Sestio: *P. Sestius, qui tribunus plebis enixe operam dederat, ut Cicero de exsilio revocaretur, a Clodio de vi accusatus cum ab aliis tum a Cicerone anno 56 in iudiciis defensus et liberatus est; sed postea Caesaris partes secutus in Ciceronis odium venit:* de Sestio male existimas I, 4, 7; Sesti insolentiam repressi II, 4, 12.

Sullam: quasi ... inter te Sullamque dictatorem praeter nomem imperii quicquam interfuerit I, 3, 6.

Terentia: post consulatum cum Terentia uxore de re publica consuluisti I, 2, 3.

Tiburti: villam Tiburti C. Caesaris ... paraveris II, 7, 19.

M. Tulli: *sic Cicero bis vocatur* I, 1, 1 et 1, 2. ubiubi M. Tullius, leges iudicia rem publicam defendit I, 1, 1. *v. etiam* Cicero

Tusculanam ... villam exaedificabat I, 2, 3; Tusculanum ... infinito sumptu aedificaveris I, 24, .

Vatinii: *P. Vatinius, in quem, cum in P. Sestium (vide sub* Sestio) *testimonium dixisset, Sestii patronus Cicero anno 56 acerbissime invectus est, duobus annis post ab eodem Ciceronе defensus est (cf. Reitzenstein, Herm. 33 [1898] p. 91):* Vatinii causam agis I, 4, 7; petenti Vatinio reo patrocinium pollicitus sum II, 4, 12.

III. INDEX VOCABULORUM POTIORUM.

a) prioris invectivae.

absque (*praep. c. Abl.*) 2, 3
litibus accreverit 2, 4
in concilio admisit 4, 7
ancillaris 4, 7
at scilicet 1, 1

calumniae proximus 2, 3
absque carnificis nomine 2, 3
cedant arma togae, concedat laurea linguae (*ex Ciceronis carmine, sed Cicero scripserat* laudi) 3, 6
in hac civitate (*i. e.* inter cives 4, 7
collibuisset 1, 2
commonefacias 2, 2
de eo tibi compertum erat 2, 3
pecunia condemnabas 2, 3
contumeliosus 3, 5
cum (*in sent. caus.*) animadverto 1, 1

periuriis delibuta 2, 2
dementes ac furiosos 4, 7
disiecta 2, 3
splendor domesticus 2, 2
domo (*pro* domi) faciebatis 2, 3

edocuit 4, 7
exaedificabat 2, 3
extollunt 2, 3

ex M. Crassi familia 3, 4; quasi unus reliquus e familia 1, 1
flagitiose 1, 2; -sam 1, 7; -sissime 2, 2
o fortunatam natam me consule Romam (*ex Ciceronis carmine*) 3, 5

pedes fugaces 3, 5
funestam 2, 2
furiosos 4, 7

gula immensa 3, 5

pudicitiae iactura 1, 2
immo vero 3, 5
immoderatam eloquentiam 1, 2
impune fecisti 3, 6
infelicem ac miseram 3, 5
infinito sumptu 2, 4
inhonestissima 3, 5
insectabere 3, 6
insitus huic urbi 1, 1
insolentia 4, 7

levissime 4, 7; -issimus 3, 5 (*bis*)
linguae *pro* laudi *auctor Ciceronis versui inseruit* (*v. s. v.* cedant) 3, 6

mercennarius patronus 3, 5
neque modum neque modestiam 1, 1
morbo animi 1, 1

homo novus Arpinas 3, 4

obsequentior 2, 2
onerabis (aures odio) 3, 6
sed ut opinor 2, 3; verum ut opinor 2, 2; 3, 4
optimates 4, 7
opulentiam 2, 4

matris paelex 2, 2
par est (*i. e.* decet) 2, 2
parum quod 3, 6
petulantia 1, 1; petulantissimis verbis 4, 7

in gloriam suam ponit 2, 3
profeceris quidlibet 3, 6
proscriptionem 3, 5

quasi vero 2, 3; 3, 6

manus rapacissimae 3, 5
removetur a vero 3, 4
reperticius 1, 1
retices (*abs.*) 2, 4

uxor sacrilega 2, 2
ex sanguine et miseriis 2, 4
sequeris *pro* insequeris 4, 7
supplex inimicis 3, 5
togatus 3, 6
animos tollit 2, 2
transfuga 4, 7
turpissime 1, 2; turpitudine 3, 5
tyrannos 4, 7

ubiubi 1, 1

lingua vana 3, 5
venales habeat 1, 1
venditas (eloquentiam) 1, 2
vi et rapinis 2, 2
videlicet 2, 2

b) **posterioris invectivae.**

actibus 1, 1; actionum 4, 12
adfluens 7, 20
adsecula 8, 21
adulter 8, 21; -erium 5, 15; 6, 16
aequalem ac parem 1, 1
aequum ac verum 6, 17
altercatio 1, 3
ambitionem 2, 6; -osus 2, 5
ancillatus sum 4, 11
artibus et disciplinis 3, 8

tamquam somnio beatus 7, 19

calent (aures) 1, 2
calumnia 1, 2
cedant arma togae (*ex Ciceronis carmine*) 2, 7
cilonum 6, 18
clam vos 5, 15
coetus omnium vitiorum 6, 18
collibuisset 5, 13; 6, 17
comesso (patrimonio) 7, 20
compellarem 3, 9
consectari 8, 22
consonet (oratio moribus) 1, 1
contrudi 7, 19
conviciatori 1, 1
credo *in parenthesi* (= opinor) 2, 6
cubiculorum 8, 21
culpas 3, 7; -avi 4, 12; -abuntur 4, 12
debitorum 6, 18
desidiae ac luxuriae 3, 8
despectu⟨i habuit⟩ 6, 17
habere dignus sum 3, 9
dilectum senatus 6, 16
docte ac perite 3, 9
domesticum urbis incendium 2, 7

effari 8, 22
eius *pro* sua 5, 15
censorium eloquium 6, 16
eluere 6, 16; -untur 1, 3
erubuit ora vestra 5, 15
exemplum et regulam 2, 4
exhausit 7, 19 (*bis*)
exoleverat (*antecedit* postquam) 5, 13
exputare 5, 14
exsequar 5, 13
extinxi (bellum) 2, 7
extollunt 8, 20

fastidio 1, 2
flagitia 8, 22
fortunatam (*ex Cic. carm.*) 2, 7
fugax 3, 10; -acem 3, 10

gloriae ducis 3, 7
immensae gulae 5, 13

neque hercules 4, 11; at h. 5, 17; 8, 20

increpuisti 3, 7
incunabula 3, 8
infinitis cupiditatibus efferebaris 5, 13
inhonestioribus corporis partibus 5, 14
inloto sermone 1, 1
impudicitia 3, 7; impudicus 5, 13 -issimi corporis 5, 13; -orum 6, 18
insolentem 8, 21; insolentiam 4, 12
intestinum bellum 2, 7
initium introduxit 1, 1
inurere maculas 6, 16
inusitata 3, 8; 3, 9
invasisti 3, 9

languorem 6, 15
levissime 3, 7
licentia vitiorum 6, 18
locupletior 3, 9
lutulentus 1, 3

maculas 6, 16
maleficiis vindicandis 2, 6
satis materiae habens 3, 9
mentitum (*passive*) 1, 2
mercennarium patronum 3, 10
monitores 6, 16

nequitiam 8, 20
nominis et dignitatis 2, 4
nova atque inusitata 3, 8
nutriverunt (audacias) 4, 11

offudisti tenebras 2, 5
verum ut opinor 8, 21
oppobria 5, 15

paciscitur 7, 19
paelex 8, 21
palam hoc ordine 3, 7; p. universis 6, 16; p. vobis 6, 16
par ac similis 2, 6; similis ac par 2, 20; (aequalem ac parem 1, 1)
parricidarum 6, 18
patrocinium 4, 12
peierasse 5, 17
perbacchatur 3, 10
petulanter 3, 9; -anti pueritia 5, 13; -antissime 8, 22
pignora 6, 18
popularem ambitionem 2, 6
praeluxi 2, 5
praeterire (*i. e.* praecedere, superare) 1, 2
praevertam 1, 1
procax 5, 13; -acitate linguae 1, 3; vitium -acitatis 1, 1 morbo -acitatis 8, 22
proscriptionem 2, 6
pudicitiae 3, 7; 6, 15

quasi vero 2, 4
quippiam 7, 19

refelle 7, 19
reluere 7, 19
repressi 4, 12
rudimentum 1, 2; -ta 3, 8

sacrilegi 5, 14; -gorum 6, 18
satius est 2, 5
sentina rei p. confluxerat 6, 16
sodalicium 5, 14
soporem 6, 15
sordidissimo 5, 15; vitae sordes 1, 3
ad subsellia attractus 5, 14
sufficere quaestus 5, 13
suis *pro* eius 1, 3

tirocinio aetatis 5, 14
togatus 2, 7
turpe 6, 16; -ia 5, 13; -iter 2, 5; -issime 5, 14; -itudinem 2, 4; ordinis turpitudo 8, 21

venalem habuit 5, 4; venale habuerit 6, 17
vexavit (honorem) 6, 17
vicissim 3, 9
volutari 1, 3
voraginem 6, 18.

Doubtful works 325316 LL
Author Sallust. / Invectiva in Ciceronem S1698xiK
Title Sallustii in Ciceronem et invicem invectivae; ed.
by Kurfess

University of Toronto
Library

DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED